



Georgy 539



Georgs-B.




8.  
2

# Ad Dialogus

## Sylvestri Pueratis Argi Palati de potestate Pape

Respōsio f. Martini Lu-  
ther. Augustinēsis,  
Wittenberge.



REVERENDO IN CHRISTO PATRI, SYLVESTRO PRI-  
erati, ordinis Prædicatorū, Sacræ Theologiæ Professori  
celeberrimo, Sacrig̃ Palatii Apostolici Magistro, F.  
Martinus Luther Augustinianus, æternam in  
Christo Salutem.



Eruenit ad me Reuerēde Pater, Dialog⁹ ille  
tuus, satis superciliosus, & plane tot⁹ Italic⁹ &  
Thomisticus. In quo etsi causaris, te iam se-  
nem armisq̃ desuetū, denuo meis uerbis ad  
certamen impelli, tamen uelut Entell⁹ ille de  
me Darete ( ut ais ) referre paras uictoriā in-  
sperato. nisi q̃ eo ipso Daretā magis q̃ Entel-  
lum exhibes, q̃ rumores ponis ante salutem, & ( ut dicitur ) En-  
comium ante uictoriam. Age igitur, fac quod facis, fiat uolu-  
tas domini. Vale.

**C**omitto fundamēta tua, quoq̃ intelligētiā magis suspicor  
q̃ capio. Et more exemplo tuo, mihi quoq̃ fundamenta iaci-  
am necesse est.

**C**Primū est illud B. Pauli, omnia probate, quod bonū est  
tenete. & Gal. II. Si angelus de cœlo, aliud uobis Euāgelisauerit  
q̃ accepistis, anathema sit.

**C**Secundū est illud B. Aug. ad Hierony. Ego solis eis libris,  
qui Canonici appellantur, hunc honorem deferre didici, ut  
nullum scriptorem eorum errasse, firmissime credam. Ceteros  
autē q̃tlibet doctrina / sanctitateq̃ polleat, non ideo uerū esse  
credo, quia illi sic senserunt &c.

**C**Tertium, illud Cle. de pœ. & re. c. abusionibus. Quæstorib⁹  
nihil licere ( in uenīis prædicandis ) proponere populo, q̃ quod  
in e oꝝ līs p̃tineſ, hoc ē, qđ tu dicis, ea quæ Ecclia de fctō facit.

**C**His fundamentis, si me intelligis, simul intelligis, totū  
tuum dialogū funditus euersum. Nam tu perpetuo uerborum  
textu, non nisi nuda uerba ponis, aut solas opiniōes Diui Tho-  
mæ mihi nunc demū decantas, qui æque ( ut tu ) nudis uerbis  
incedit, sine scripture, sine patrib⁹, sine Canonib⁹, deniq̃ sine  
ullis rationib⁹. Ideoq̃ meo iure, id est Ch̃fiana libertate, te & il-  
lum simul reiicio & nego. immo ita cogit me autoritas funda-

STRO PRI  
Professori  
stro, F.  
um in

, Dialog⁹ ille  
tot⁹ Italic⁹ &  
ris , te iam se  
neis uerbis ad  
Entell⁹ ille de  
as uictoriā in  
magis q̄ Entel  
ut dicitur En  
cis , fiat uolun  
nagis suspicor  
damenta iaci  
quod bonū est  
Euāgelisauerit  
olis eis libris ,  
erre didici , ut  
dam . Carteros  
ideo uerū esse

s. Quæstorib⁹  
opulo , q̄ quod  
a de fēto fac  
intelligis , totū  
tuo uerborum  
iōes Diui Tho  
) nudis uerbis  
ib⁹ , deniq̄ sine  
berrate , te & il  
toritas funda

menti primi & tertii , & suader exemplū Augustini in fundamē  
to Secundo . Nam si apud Iurecōsultos pueriū recipitur . Turpe  
est Iuristā loqui sine textu , tu uide , q̄ sit honorificū Theologū  
( qui maxime oīm debet ) loqui sine textu , quē Aplus iubet cal  
ceatū esse pedib⁹ , in præparatiōe Euāgeliī , & Episcopū potētem ,  
non in Syllogismis & opiniōibus hominū . Sed in doctrīa sana  
nimiḡ ea , quā alibi diuinitus inspiratā uocat . Hoc em̄ consiliū  
si fuisset seruatū , minus nunc Ecclīa haberet inutilium quæsti  
ōnum & opinionū . & plus Euāgeliī , & Christianæ ueritatis .

C Iam accedamus & iudicemur simul .

C Primo . Quatuor falsitates in tribus primis p̄clusionibus  
a me cōpræhensas pronuncias . Primā , q̄ saluator impossibile  
iussit , scilicet fideles om̄i tēpore habere actū penitentia , inte  
rioris uel exterioris . Cū enim dicat . Agite , nō loquīs de habitu  
ali interiorē poenitentia , quā sola perpetua est , & consequenter  
loquīs de actuali interiori uel exteriori . Agere enim uel actus ,  
uel nō sine actu est . C Hæc tua . Vere tua sunt . i . adeo Scho  
lastica & Thomistica / immo Aristotelica , ut me pīgeat & tāde  
at ea confutare . Rogo , ubi hic Scriptura , patres , aut Canones  
sonant ? Deinde miror , q̄ iuxta Peripateticā istā Theologiā ,  
verbū illē agite , nō ad solā internā actionē retulisti . Item , qd  
si & ego tua industria usus , te calūniarer & dicerem . Omné ui  
tam ( quod ego posui ) nō esse idem , quod om̄i tempore ( quod  
tu interptaris ) Sed tamen admitto , nec duriter agam tecum ,  
reuerebor canos tuos & dignitatē tuā . Rem ipsā tueri conabor .  
Ideo paulo fusi⁹ hic tecum fabulabor , ut iam secundo totum  
tuum Dialogum subuertam .

C Primū , falleris Reuerēde pater in uerbo , agite , q̄ si id actum  
importet , quē p̄tra habitū distinguas . Idem est em̄ , agite po  
nitentiā , quod , poeniteat uos , seu , ut ausus est iterpres latius ,  
act . II . Poenitemini & saluamini &c . Nam & grāci Metanoite  
( quod poenitentiā agite , transferūt ) respiscite , seu ad mentem  
& cor redite , significat .

C Secundū , habitualis illa poenitentia , nec a uobis intelligi  
bilis / nec uulgo tradibilis , nulla est apud me . Sed a uobis con  
ficta ex Aristotele . p̄sertim , si qualitatē quandā in anīa perpetuā  
& ociosam intelligitis . aut doce eam ex Scrip , Patrib⁹ , Canoni-

A ii



bus, rationib⁹. Nolo (ut scias) te, aut S. Thomā, iudicere habere  
Magistros, in his reb⁹, quæ ad animā pertinēt, quæ solo uerbo  
dei uiuit & pascit, ideoq; unus est eius Magister Christus. Hunc  
aut in te loquentē non audio, Sed Aristotelem & hominem.

Tertiū, pessime facis, q; negas, saluatorē impossibilia iussisse,  
plusq; pessime facis, q; hoc falsitatē aedes appellare. Idō em̄ sem  
per orare oportet, Dimitte nobis debita nřa, q; a nūq; facimus/  
aut implem⁹ mādata dei. Nec possum⁹ in hac uita implere. Si  
cūt B. Aug. locupletissime ptra Donatistas & Pelagianos testat.  
Sed & Paul⁹ Ro. VII. qritur se captiuari in legum peccati, & nō  
facere bonū, quod uult. Similiter & Gal. V. Caro cōcupiscit ad  
uersus spiritū, & spirit⁹ aduersus carnē. Hęc em̄ sibi aduersantur,  
ut non ea quæ uultis faciat. Istae sunt inimicitiae, quas posuit  
deus inter semen serpentis & semē mulieis. i. inter carnem & spi  
ritū, inter cōcupiscentiā & charitatē. Qđ ergo nō omni tempore  
pœnitent⁹ & resipiscim⁹/uitiū ē, licet impossibile sit fieri. Cō  
clusit em̄ deus om̄es sub peccatū, ut omniū misereatur.

**C** Quartū, Om̄es Doctores Eccliaſtici sentiūt meū, null⁹ aut  
recū. Sic em̄ B. Aug. totā fideliū uitā, crucē & martyriū esse pro  
nūciat. Quēadmodū & Iob VII. Militiā seu tentationē uocat, ui  
tam homis super terrā. Et B. Bern. Stare in uia dei, & nō pficere,  
est deficere. Et alibi Vbi incipis nolle fieri melior, desinis esse bo  
nus. Et hoc est, qđ in Psal. Vita iusti uocatur, uia, semita, nō do  
mus aut status, ut uitam eius quēdam cursum, & nō statum esse  
doceat. Sicut de Christo oīm iustorū archetypo dicit. Exultauit  
ut gygas ad currēdā uiam. Sed hanc uiam semper currere, nō  
potest homo, niſi dilatet cor eius, iuxta illud, uiam mand. t. cu  
curri, cum dilataſti cor meū. Hęc est illa Renouatio mentis.  
quā Ap̄lus Paul⁹ (non ut tu) intermittendā, sed de die in diem,  
de claritate in claritatē, in eandem, quæ in Ch̄o est, formā p  
mouēdā docet. Sed nō ex nobis, immo sicut a ſpiritu domi &c.  
quia præceptum est impossibile &c.

**C** Quintū, In om̄i bono opere, potius agunt, q; agunt filii dei,  
ſicut Ro. VIII. dicit. Qui ſpiritu dei agunt, hi filii dei ſunt. Et ea  
opera (oīm, qui remotiore Theologiā guſtauerūt iudicio) ſunt  
optima, quæ ſine nobis, in nobis operatur Christus. et ea fere  
peſſima, quæ iuxta Aristotelis peſſimā doctrinā, nobis eligen-

udos habere  
æ solo uerbo  
ristus. Hunc  
ominem.  
bilia iussisse,  
. Id' o em sem  
uq; facimus.  
a implere. Si  
gianos testas,  
peccati, & nō  
occupisit ad  
aduersantur,  
, quas posuit  
carnem & spi  
omni tempo  
le sit fieri. Cō  
ntur.  
necū, null' aut  
yriū esse pro  
onē uocat, ui  
& nō pficere,  
lesinis esse bo  
emita, nō do  
nō statum esse  
icit. Exultauit  
er currere, nō  
m mand. t. cu  
uatio mentis.  
die in diem,  
o est, formā p  
itu domī &c.  
gunt filii dei,  
dei sunt. Et ea  
judicio) sunt  
tus. et ea fere  
nobis eligen

tibus, & (ut uocant) libero arbitrio mediante/operatur. Sic enim  
fit, ut optime ieunet, qui alia meliora meditatus, ne cogitat  
quidē an ieunet. Hic enim longissime omniū, ab edendi cupiditi  
ate separatur. Non autē ita, qui se sentit & proponit ieunare.  
Ita qui sancta meditatur, aut ea, quae suæ sunt uocationis, ope  
ratur intentus, quibus, cum a uitiis abstrahit, uel abstractū cō  
seruat, sine dubio uerissime pœnitet, si tamē id amore dei, nō  
sui causa faciat. Quia id demū est uiuā & uerā pœnitentiā agere,  
animū a uitiis propter deū separare, & separatum seruare, ma  
gisq; separare. Tu uero, qui sacramentalē illam & initialem pœ  
nitentiā ob oculos tantū uersas, cuius feruor & tumultus durare  
non potest, sine miraculo, inuenisti impossibilitatem.

**C** Secundā falsitatē meā ita pronuncias. Verbū Christi dicē  
tis, pœnitentiā agite, nō potest intelligi de sacramētali pœni  
tentia. Hanc falsitatē esse, sic ostēdis. Tripliciter (inquis) pœni  
tentia dici cōsuevit, Primo est uirtus quædā, cuius obiectū est  
pctm, sub rōne emēdabilis, act⁹ uero eius est dolor uolūtatis de  
peccato, Ipsa uero est habitus moralis / elicēs dictū actum, re  
spectu prædicti obiecti. Secūdo pœnitētia est sacramētū, cuius  
partes sunt, Contritio, Cōfessio, satisfactio. Tertio accipitur  
uulgariter, p satisfactione iniūta a sacerdote, & om̄i carnis mor  
tificatione &c. Hæc Syluester.

**C** Martinus. Iste ne est quæsio Cæstus ille immani corpore  
Entellin⁹, quo audaculū hunc Daretā, cruentabis? Doleo &  
iam pœniteo, me adeo ptempissime quendam tuæ sectæ patrem  
in nostra Germania, qui ptra meas easdē Positiōes, & ridicule, &  
inepte pugnauit. Longe tamē acut⁹ & doct⁹ q̄ tu. Et nisi canos  
tuos uererer (sicut me decet) profecto hanc tuam distinctionē,  
pro dignitate tractarem

**C** Primo, quis dedit tibi, aut Diuo Thomæ hanc potestate,  
ut uerbū simplicissimū / simplicissimi & unici Doctoris Ch'i, in  
tres diuideres sectas? Hoccine est Scripturā interpretari, an potius  
dilacerari? Qua Scrip. quibus patribus, quibus rōnibus hanc  
distinctionem stabiles quæsor Thomæ, non credo. Sylvestrum,  
& si Palatii Magistrum, nego.

**C** Secundū, iterum rusticas Aristotelicā philosophiā de uirtute  
moralī, de obiecto, de actu elicito. quasi ego talia nunq; audie

A iii

rim, deinde quæ talia sunt, ut in populo doceri non possint,  
nec ad Scripturæ intelligentiam utilia, portenta dumtaxat uer-  
borum, non nisi ad contentiones fouendas confita.

**C** Tertio, pœnitentiâ uirtuté dolorem uoluntatis definis. Qua  
rogo autoritate tui? Quid hæc ad Martinum?

**C** Quarto, quod est oīm acutissimū, immo immanissimus  
cæstus Entelli, q̄ pœnitentiâ primo mō uirtutē distinguis, a pœni-  
tentia tertio modo, quā uocas, omnē carnis mortificationem.  
Ergo pœnitentiâ uirtus nō mortificat carnē. Quid ergo facit? Vi-  
uificat carnē? uel sinit uiuere carnē? Quod aut̄ non mortificet  
carnē, tua illa p̄bat acutissima distinctione, quia pœnitentiâ primo  
modo nō est pœnitentia tertio modo. Hoc sic intelligo. Pœni-  
tentia dolor uoluntatis, q̄ uere mortificator carnis est, nō morti-  
ficat carnem. Si hæc German⁹ diceret, frigidū cœlū culparem.  
Nunc, quia Italus hæc dicit, sub ardentí cœlo degens, quid præ-  
tendam, nō inuenio. Nisi q̄ uerū te in Ep̄la dicere credo. sc̄ te  
& senem esse, & in cōmentariis Thomæ, non tam implicitū, q̄  
immersum, immo submersum credo.

**C** Quinto, Pœnitentiâ secūdo modo satisfactionē etiam esse  
dicis. Item tertio modo satisfactionē esse dicis. Et primo mō  
si est dolor uoluntatis, non potest fieri, quin & ipse dolor sati-  
factionē operet. Rogo quot nobis tandem distinguere satisfactiones?  
Hæc ideo impugno, ut hanc tuā distinctionem, denuo  
septem aliis noue confictis distinctionib⁹ defendas, more sacrae  
scholasticæ Theologiæ. Et tum dicas, omnes nihilominus in  
uerbo Ch̄ri intellectas, ut persuadeas mihi, doctrinam Ch̄ri sine  
Thomæ & Sylvestri distinctionib⁹ intelligi nō posse, id em̄ op⁹  
est ut persuadear. Qui Christū, nisi sine Thōa, intelligi uix credo.

**C** Septimo, Libera me quælo ex his angustiis meis. Si uer-  
bum Christi pōt intelligi de sacramentali pœnitentia, p̄sertim  
tertia eius parte, id est satisfactionē. Verbū aut̄ Christi est p̄ceptū  
immutabile. Quomō sit, ut sacerdotalis potestas, sacramentalē  
satisfactionē mutet, dando indulgentias & remissiōes satisfacti-  
onis? Nonne uides, uel alia esse satisfactionē sacramentalē, quā  
Papa remittit, sc̄ Ecclasticā. uel si eadē est, nullas esse proſus  
remissiōes, & indulgentias esse meras illusiones, & simulatas re-  
missiōes? Nō em̄ remittere pōt homo, qđ deus p̄cepit & ligauit.

non possint,  
umtaxat uer-  
ta.

s definis. Qua

umanissimus  
guis, a pœni-  
tificationem.  
Urgo facit Vi-  
on mortificet  
nitētia primo  
elligo. Pœni-  
est, nō morti-  
cularem.  
ens, quid pra-  
credo. sc̄ te  
imlicitū, q̄

nē etiam esse  
Et primo mō  
dolor satis-  
ngues satisfa-  
onem, denuo  
s, more sacra  
hiolminus in  
am Ch̄i sine  
e, id em̄ op̄  
gi uix credo.  
neis. Si uer-  
tia, p̄fertim  
isti est p̄ceptū  
, sacramētale  
es satisfacti-  
mentalē, quā  
s esse proflus  
simulatas re  
pit & ligauit,

**C** Septimo, Si satisfactio cōprehendit in pœnitētia secundo  
& tertio modo, utraq; aut est quæ a sacerdote iniungit, Rogo  
quō stabit hæc distinctio? Sacramentalis em̄ satisfactio non est  
nisi quæ a sacerdote imponit, & eadem est (te autore) quæ ter-  
tio modo accipit. Iure mihi ueniam dabis, si hæc non capio.  
Aeneū em̄ caput, & nasum ferreū habeo. i. indocile & incapax  
tantæ tuæ Theologie ingenium, si ira placet.

**C** Tu nunc uide, quō uerbum Ch̄i, non solū posse, sed debe-  
re etiam intelligi, de qualibet harū triū pœnitentiaꝝ, cōtendas.

**C** Tertiam falsitatē meā persecutus dicas. Tertia falsitas  
est ad hominē, id est ad te, Qz scilicet Ch̄i nō intendit loqui  
solū de interiore pœnitētia. Hoc em̄, in se qdē, uer̄ est, Sed tibi  
qui uis Christū his uerbis indicere pœnitentiā in omni uita, de  
exteriori non pōt intelligi, quā oportet intercidere somno &  
gaudio, gaudēdo cū gaudentib⁹, & hmoī, unde tibi solū de inte-  
riori pōt intelligi, non om̄i, sed habituali, quia etiā interiore  
actū lib. arb. dormiētes necessario intercidim⁹. Hæc Syluester.

**C** Credo hæc tibi acuta & firma uideri. Placet aut q̄ dicas  
falsitatē esse ad hominē (id est ad faciē & apparentiā) reuera aut  
ualidissimā ueritatē. De habituali pœnitētia, & om̄i uita ag-  
da, supra satis dixi, quæ & si non sit om̄i uita, debet tamen fieri  
om̄i uita, ideo em̄ peccam⁹, q̄q; ii qui sunt in grā, nullo momen-  
to sunt sine pœnitētia, tam exteriori q̄ interiori, quia sanctificat  
se ab omni inquinamento carnis & spūs, licet & carnificinā illā  
confitamq; hypocrisū non faciant.

**C** Id non satis admirari possum/q̄ aperte negas, pœnitentiā  
in gaudio agi posse, cum pœnitentia eos sit purior, quo fuerit  
hilarius & iucundior. hilare datorē diligit deus. Sed Ap̄lm  
quæso reprehende qui Thessalonisensib⁹ p̄cipit. Semper gaudete ī  
domio. Et Psal. Semper laus eius in ore meo. Dic rogo ut ali-  
quando etiā plorent, & maledicat ī dño. Igitur semper in do-  
mino gaudendū, semper in nobis plorandū. In deo habemus  
unde gaudeam⁹. In nobis, unde lugeam⁹. ideo sit gaudiū in lu-  
stu, & luctus in gaudio. gaudiū ī abscondito, luctus in cognito.  
Sed hæc non sunt Scholastica, ideo differo in aliud tempus.

**C** Qz uero dicas. Vel in somno intercidere necessario actus  
pœnitentiaꝝ. Agnosco egregiū Aristotelē in te ex Ethicis suis fa-



bulatē, ubi dicit. q̄ miser & fœlix dimidio uitæ nihil differunt, uterq; em̄ dormiūt nocte, id est, nihil agūt, uel fœlicitatis, uel infelicitatis. Quō potest tibi uera Theologia placere, cui placet tam insipiens philosophs? Audi Apostolum Paulū ad Ro. Qui manducat, dño manducat. Qui non manducat, dño non manducat. Et iterum. Qui uiuit, dño uiuit. Qui moritur, domino moritur. Sic & ad Corinthios. Non estis uestri, Empti em̄ estis precio magno. Hūc, rogo, liceat imitari, & dicere. Qui dormit, dño dormit. Qui uigilat, dño uigilat. Et alibi, siue comeditis, siue bibitis, om̄ia in noīe domini nři Ihesu Christi facite. domino autē dormire, credo, nō negabis, cſe dei uoluntati parere, uoluntati aut̄ dei parere, optima certe pœnitentia, & a uitiis purgatio est. Puto etiā q̄ dormiens uiuat, si uiuit/certe domino uiuit, ut hic dicit Aplus. Item quō audes dicere, dormientem fidelē/ esse uacuū a cibis bonis, qui tum maxime bonis cibis plen⁹ est, qn̄ deum in se quieto agere patitur, & sabbatū domini celebrat. Sed sisto, nescio em̄ an Thomistica Theologia hanc Theologiam unq̄ senserit. Paulia est cm̄, nō Peripatetica.

C Quartā falsitatē meā tandem hanc ponis, Q̄ pœnitentia interior nulla est, nisi foris operetur uarias carnis mortificiones. Sic enim ego posui. Immo, inq; exterior pœnitentia nulla est sine interiori, interior aut̄ sola potest hominē saluare.

Sed hanc falsitatē meā tu ipse tollis & dicis, potest tamē hoc dictū tuū uerum, & a saluatore intentū habere sensum, scilicet q̄ omnis interior pœnitentia, operatur uarias carnis mortificationes exterius, id est pro loco & tempore &c. Gratias ago tandem, quia defendis me. Hic p̄cordam⁹ aliquātū, sed rursum repente dissentis. d. Hic ait sensus, tibi uidef̄ impossibilis. Hic ego, tibi uidef̄ impossibilis. mihi uero est nō tm̄ possibilis, & in eē semper, ut Peripatetice tecū loqr. Quia oīa iusti opera sunt pœnitentia, id ē mutatiōes & renouatiōes de die in diē. Hæc aut̄ nō possibilia modo, sed necessaria quoq; sunt, nisi sis de nonagīta nouē iustis, qui pœnitentia nō indigēt. aut sotius Pharisei, qui non est sicut cæteri hominū. Nā nos cum Ecclesia congemimus assidue. Errauī sicut ouis quæ periit, quære seruū tuum. & cū publicano, uocē turturis sonamus, deus propitius esto mihi peccatori. Et cū Job, ueremur omnia opera nostra. Et dimitte nobis

il differunt,  
itatis, uel in-  
ere, cui placet  
auli ad Ro.  
at, dño non  
ritur, domi-  
, Empti em-  
ere. Qui dor-  
sue comedie-  
sti facite. do  
oluntati pa-  
ntia, & a ui-  
uit/certe do  
cere, dormi-  
xiime bonis  
, & sabbatu  
a Theologia  
Peripatetica.  
pœnitentia  
nortificatio-  
r pœnitentia  
in nre saluare.  
est tamē hoc  
um, scilicet  
is mortifica-  
s ago tandem,  
sum repente  
lic ego, tibi  
& in eē sem-  
unt pœnitē-  
aut nō possi-  
magita nouē  
ei, qui non  
mimus affi-  
. & cū publi-  
nihi pecca-  
mitte nobis

debita nostra, cū omnibus sanctis dicimus, nō solū uerbo, sed corde & opere. Semper enim in timore dei agimus, Timor autē principiū est sapientiæ, id est, mutatio de insipientia ad sapientiā, que est uerissima pœnitentia. Factis ostendit se nō egere pœnitentia ( ait Bern.) qui non assidue ad pœnitentiam festinat. Tuā tamen sententiā nō damno, qui nō nouisti aliā quā sacra-mentalē illam, & nescio, quanto tempore dūtaxat durantem. Nos, nec continuam istam semper agi a nobis pro debito dole- mus & confitemur, ideo & poenitemus simul, & non pœnitemus satis. Hæc rogo uerbosissime a me tractata boni cōsu- las, quia necessariū fuit ostendere tibi, q̄ nihil meas positiones ca- peres, & q̄ frustra ex tam infirmis principiis totum hunc Dialo- gum deduxeris. Nihil video relictū in dialogo, quod non ex his abunde confutatiū iā sit. Sed sponte mea latius tecū agam.

Qm̄ ppositionē meā quartā, dicas, doctrinā hāc esse falsam, impossibile & erroneam, nisi poena intelligat p̄ exteriore morti- ficationē, p̄ loco & tempore. Satis iam dictū est, Exteriore pœnitentiā esse debere assiduā, & si fieri nō pōt quo ad act⁹ pœnitentiæ a te i- tellectos, fieri autē pōt, quo ad act⁹ a Chrō doctos, id est quos Ec- clesia remittere nō possit. hi sunt renouatio mēris de die in diē.

Vera ergo p̄ tua opiniōe dicas. Sed nō p̄bas meam sententiam falsam & impossibilem. Illud uero nō possum tolerare, quod dicas, improprie a me dici, odium sui, q̄tum ad uere pœnitentes attinet. Nullus enim inbutus grā diuinā ( inquis ) odit se, sicut

nec proximū, quem ad instar sui diligit.

Libens permitto, ut cum tuis, de odio sui, propriissime loqua- ris. modo permittas mihi, ut cū dño Ihesu Chrō improprie lo- quar, qñ dicit. Qui odit animā suā in hoc mūdo, in uitam æter- nam custodit eam. Et cum Aplō Ro. XV. Non debemus nobis placere. Et iter⁹. Non qui seipsum cōmendat ille pbat⁹ est. Tu ne- ro cum persuadeas, uere pœnitentes sese diligere, necessario con- cedes, ut & cōmēdēt sese tāq̄ uere diligibiles, bonos, iustos, sapiē- tes, & sic sibi placeant, id autē nihil aliud est, q̄ cū Phariseo hor- renda superbia, nō pœnitere, sed irridere deum. Sic enim do- cetis infelices discipulos Scholastici Theologi superbire scili- cet & perire. Sed latior est ista materia, q̄ nunc patiatur negotiū tractare. Error em̄ & ignorantia dilectionis, longe lateq; ni-

B

fnis persuasit, doctiores maxime.

Ego sic sapio, q̄ homo Christianus seipsum non diligit, nisi in deo. in seipso uero / non nisi odiat, hoc est, q̄ cum ipse sit mendax & uanuſ, deus autē uerax, nihil eorum, quæ ipse cupit aut nouit, diligat. Sed omnia, quæ sibi contraria sunt / querat, Nihil autē est contrariū mendacio & uanitati q̄ ueritas. ita fit, ut dum se odit, & sibi semper contraria amat, uerissime se diligat, non in seipso, sed in ueritate, quæ mendaci sibi est contraria. Sic sancti, crucē, mortem, stultitijā, ignominiā dilexerunt & cupierunt, quibus tamē ipsi / nō nisi perdeabantur, quia seipos in nihilū redegerunt, ut esset deus omnia in omnibus. Et hoc habet uerba Christi. Qui perdiderit animā suā propter me, inueniet eam. Proinde, quando Christus dicit. proximū diligendum ad instar sui, meo iuditio, de peruerſo & incuruo amore loquitur. quo homo querit non nisi quæ sua sunt, qui amor non rectificatur/nisi omittat querere quæ sua sunt, & ea quæ sunt alterius, querat. Hæc sententia est B. Pauli Epist. V. Nō quæ sua sunt cōſiderātes, sed quæ aliorum. Et. i. Corin. xiii. Charitas nō querit / quæ sua sunt. His uerbis manifeste phibet amorem sui. Ideo sensus p̄cepti esse uidetur, Diliges proximū tuū ſicut teipsum, id est diliges te ſolū & peruerſe. Si aut̄ amorē eiusmodi in proximū tuū dirigeres, iam uere diligeres. quod ex eo patet, quia nō p̄cipit ut homo diligat ſe, quod utiq̄ feciffet, si bon⁹ eſſet ſui amor, ſed inuenit amorē ſui, & alio tranſfert, & ita rectificat. Et heu rem fontibus lachrymarū dignissimā, q̄ haec amoris scientia, tam uacui ſunt omnes ferme doctores ſcholaſtici, ut pro ſancta Charitate, fœdissimā cupiditatē doceant. Nec altius incedunt. q̄ ille paganuſ qui dixit, proximus eſto tibi, quod tamen aliud rurſus gentiliſ Terentius damauit.

Illud qđ aīs. Nullus imbutus ḡia & uere p̄enitens odit ſe, uide tur inferre, q̄ uacuus ḡia odiat ſe, quod tamē p̄tra om̄es Scripturas est, quæ ubiq̄ detestat̄ eos, qui ſeipſos amant. ut. II. Thimo, III. & illud, oēs quæ ſua ſunt, q̄runt. Inde etiā apud tuos mḡios damnatur affectus cōmodi. Itē fruitio creaturæ, uſus dei, & abuſus rerum. Amor male accendens &c. Nisi illud Psal. X. te mouet quod dicitur. Qui diligat iniq̄itatem / odit aiā ſuam. licet i Hebr. ſit. odit anima eius ſcilicet dei, tamē permitto, q̄ odit ani

mā ſuā

Aug. lo

Sed fo

ces has

C C

tias no

sitas.

tire, id

Hic ſi

Non

quo te r

Nam

ueris &c

generalis

proſuſ

tuo id ſe

Aut ſi Pe

rii, cur i

geliiſ

indulge

ecclesia f

laret ſol

ſita illa t

nē huius

cas, q̄fi i

Terti

nem uni

& Laure

bis. Sed

Deinde,

rint. Se

teor me

gatiuā te

de pe, & i

daciter,

iudicio c

idest fact

mā suām. Sed hoc facit pessime diligendo animam suam. ut B.  
Aug. Iōn. XII. interptatur. Amor ut pereat, odium ne pereat.  
Sed fortasse uoce tantummodo hic dissentimus, nisi q̄ scio uo-  
ces has raro pro ueritate intelligi.

**C**ontra Quintā ppositionē meam ubi dixi, per indulgen-  
tias nō remitti poenas, nisi arbitrio sacerdotis uel Canonū impo-  
sitas. Dicis me, circa factū Ecclīx male sentire, & Sāctis diffen-  
tire, ideo conclusionem meam tuo iudicio hāreticam esse.

Hic si te interrogē, qui sint illi sancti, & quod factū Ecclesīx,  
Non uideo quid dicas. Nisi q̄ Sanctū Thomā nomines, cum  
quo te remitto ad fundamentum meum primū & secundum.

Nam ego nō capio quō in isto uerbo Christi. Quodcunq̄ sol-  
ueris &c. Petro sit datū priuilegiū. Non em̄ priuilegiū, sed lex  
generalis & irrefragabilis data est, nō Petro tantū, sed omnib⁹  
prorsus sacerdotibus & toti ecclesīx. Cur ergo tu cum Thoma  
tuo id soli Petro arrogas, & ita arrogas, ut priuilegiū appelles?  
Aut si Petrus potest huius uerbi uirtute soluere poenas purgato-  
rii, cur nō & quilibet sacerdos? Est iste modus interpretādi euā-  
geliis? Secūdo, q̄ duo supposita facis, Primū, q̄ ecclesia per  
indulgentias cōcedat liberationē unius animæ. Secundum, q̄  
ecclesia facit indulgentias simpliciter plenarias, ita q̄ anima euā-  
laret soluta a corpore &c. Respondeo, uide tu Re, P, ne suppo-  
sita illa tua, sint apposita per te & humanū diem. Redde ratio-  
nē huius fidei & spei. utinā uera diceres, immo absit ut uera di-  
cas, q̄si in manu ecclesīx sit, animas liberare, qn̄ & quō uoluerit.

Tertio, Doce me unū factum ecclesīx, in quo dedit liberatio-  
nem unius uel pluriū animarū, nisi Criptas forte S. Sebastianī  
& Laurentii ac Pudentianæ, aliaq̄ Romana loca mihi recita-  
bis. Sed tu uide. quid ipsi uos Romani de his locis sentiat, Deinde, quot fabulis saltem aucta sunt ista loca, utcunq̄ cepe-  
rint. Sed de iis latius in declarationibus meis. Interim ego fa-  
teor me usq̄ hodie, in hac re dubitare. Nec sum hāreticus, si ne-  
gatiā teneo, donec determinetur a concilio. Quarto Cle-  
de pe. & re. c. Abusionibus, manifeste dicit glosa in uerbo men-  
daciter, ideo nō extrahi animas per indulgentias, quia sunt iam  
iudicio dei subiectæ. Hunc interim textū decretalis ( idest papæ,  
idest factum ecclesīx ( ut tu dicas) sequar, cui cōsonat euangeliū,

B ii

on diligit, nisi  
, q̄ cum ipse sit  
, quæ ipse cupit  
sunt / querat,  
eritas. ita fit, ut  
sime se diligit,  
i est contraria.  
ā dilexerunt &  
ur, quia seipso  
nnibus. Et hoc  
opter me, inue  
oximū diligen-  
incuruo amore  
nt, qui amor  
sunt, & ea qua  
pist. V. Nō qua  
n. xiii. Charitas  
hibet amorem  
proximū tuū sicut  
morē eiusmodi  
od ex eo patet,  
fecisset, si bon⁹  
transfert, & ita  
nissimā, q̄ haec  
doctores scho-  
ditatē doceant.  
proximus esto  
s damnauit.  
ens odit se, uide  
ra omnes Scriptu  
ut. II. Thimo,  
ud tuos m̄gros  
isus dei, & abū  
Psal. X. te mo-  
um suam, licet  
itto, q̄ odit ati



Quodcūq; solueris super terram , non sub terra , nō obstante  
quorundā violenta adulanteq; glosa contraria. Nec uidi aliquā  
Bullā quæ aliter habeat, nisi q; per modū suffragii , animas redi-  
mi passim dicitur , de quo ubi supra. Sed tu , qui contra me  
disputas tanta alacritate , ut ipsa lāticia tibi influat ueritatē.  
tanta fiducia quoq; ut Satanā ipm non extimescas , eo maxime  
scilicet iniuncto robore fretus, q; de facto ecclesiæ non licet male  
sentire . Vtium id responde , cū quā ecclesia , & tu , & Thomastri  
rui sentitis in facto ecclesiæ , de conceptione b, uirginis ? Num  
cum uirtualis num cum repræsentatiua ? num cū essentiali ? nū  
cum exule illa & a te proscripta , quæ est concilium generale? Si  
ergo licet tibi non modo non bene , sed contra sentire in facto  
ecclesiæ , quia opinionē tenes nondū reprobata , Cur ego nō  
permittor tibi dissentire in opinione , neq; determinata , neq; re-  
probata ? præsertim cum tu nihil pro te habeas / nisi nudam S.  
Thomæ narrationem. Ego autē clarum textū Cle. & aperta uer-  
ba Euangeli. Deinde Gersonē , qui multis annis posterior Tho-  
ma , dicit opiniones esse ad utramq; partem probabiles in hac  
re. Deinde penes me aliquot eruditos & acutos tractatus quoru-  
dum in Germania , qui etiā damnant tuā & S. Thomæ sententiā.

Quinto , q; poni casum , si peccator teneatur ad poenā a sa-  
cerdote iniunctam , item a Canone iniunctam , item a deo iniū-  
ctam , tūc sequi ex mea propositione , talis percepta plenaria in-  
dulgentia non euolare , aut non liberari a purgatorio. Et ita de  
facto ecclesiæ male sentio , & hæreticum sapio.

Respondeo , Tu quoq; uide , ne de facto ecclesiæ tam bene  
sétias , ut factum dei pessundes. Idcirco pono tibi rursus ca-  
sum . Si peccator sit plene & uere contritus , ideo facto dei om-  
nes poenæ sunt ei remissæ , quid cōfert huic remissio plenaria ?  
Si autē non est plene contritus , quid proficit ei remissio plena-  
ria , cum maneat imperfecta ibi charitas iustitiae , imperfectum  
odiū peccati ? Sed latius ista in decla. totus enim es Thomista ,  
nihil probas , neq; allegans. De poenis tantummodo multipli-  
cas uerba quas contemnit Charitas. de contritione , pene nihil  
dicis , quæ diligit poenas. Sexto , Non credo usq; hodie per  
claves remitti poenas a deo inflictas , & ratiōes meas uidebis in  
declarationibus , nec tu unq; id poteris probare . sine probatōe

a item t  
uidetur  
ceamus  
Nec sat  
ecclesiæ  
normit  
Ideo fu  
sentariu  
Tua eni  
Ego eccl  
nisi in C  
Papa, fa  
numera  
effusion  
homina  
uerbiū. I  
Nō eo n  
uirtualis  
clesia , p  
quod nī  
logo , nō  
lium ad  
les repse  
cilium g  
essential  
balis Ecc  
C Sep  
qua illud  
proponi  
Iterun  
tiam , ex i  
quit eum  
Hæbreos  
q; ligatio  
Chrus ip  
lutionē e  
lo uel ext



, nō obstante  
ec uidi aliquā  
, animas redi-  
qui contra me  
uat ueritatem.  
, eo maxime  
on licet male  
& Thomastri  
rginis? Num  
essentiali? nū  
in generale? Si  
ntire in facto  
, Cur ego nō  
inata, neq; re-  
isi nudam S.  
. & aperta uer-  
posterior Tho-  
abiles in hac  
status quorū  
om̄a sentētiā.  
ad poenā a fa-  
m a deo iniū-  
a plenaria in-  
rio. Et ita de-

siae tam bene  
i rursum ca-  
facto dei om-  
io plenaria?  
nissio plena-  
imperfectum  
s Thomista,  
do multipli-  
, pene nihil  
q; hodie per  
as uidebis in  
ne probatōe

a item tibi nihil prorsus credo. Et ut animū meum scias, Mihi  
uidetur id in grauissimum ecclesiæ ludibrium uergere, si ea do-  
ceamus, de quibus nullam prorsus rationē reddere possumus.  
Nec satis ibi esse credo etiā factū ecclesiæ ( quāq; hic nō sit factū  
ecclesiæ ) quia tam Papa q; concilium potest errare. ut habes Pa-  
normitanum egregie hæc tractantem li.i.de cōst.c, significasti,  
Ideo fundamenta tua ubi distinxisti ecclesiā in essentialē, repræ-  
sentatiuā, uirtualē, ut iacet in uerbis, nego, & pro nihilo habeo.  
Tua enim sunt, id est sine scriptura & autoritate ulla prolata.  
Ego ecclesiā uirtualiter nō scio/nisi in Chio, repræsentatiue/nō  
nisi in Cōcilio. Alioquin, si qcqd facit ecclesiā uirtualis id est  
Papa, factū ecclia dicit, obsecro quāta mōstra i Ecclia p bū factis  
numerabim⁹: Nōne Iulii secūdi, horrendas Christiani sanguinis  
effusiones? Nōne Bonifacii octauī tyranides / in toto orbe ab-  
hominabiles, & per omnes Chronicas pulsataſſ De quo extat p  
uerbiū. Intrauit ut uulps, regnauit ut leo, Mortuu⁹ est ut canis.  
Nō eo nobis tandem persuadēas, ut sub nomine repræsentatiuā &  
uirtualis Ecclia, omnia illa iam diu intolerabilia portēta in Ec-  
clesia, p factis sanctissimis Ecclesiæ cælamus? Ne uerum facias  
quod nī Germani de tuo Dialogo sentiunt, scilicet, te hoc Dia-  
logo, nō tam Martinū refellere, q; Pontifici & Collegio Cardia-  
lium adulari uoluiffe. Si autē Papa est uirtualis Ecclesia, Cardia-  
les repræsentatiua, collectio fidelū essentialis. Quod uocabis Con-  
cilium generale Ecclia non est uirtualis non repræsentatiua, non  
essentialis? Quid tum fortasse accidentalis, Nominalis & uer-  
balis Ecclesia?

C Septimo. Nouam hanc Thomæ tui intelligentiā reiicio,  
qua illud uerbū Chri. Quodcunq; solueris &c. sic intelligendum  
proponis, ut Petrus soluere possit, etiam a deo inflitas poenas.

Iterum quaro. Qua autoritate, qua industria hanc intelligen-  
tiam, ex istis uerbis trahess? Cur nō B. Thomas tuus tecum relin-  
quit eum sensum, quē Ecclesiastici patres, pſertim Chrisost, ad  
Hæbreos tenuerunt, ut iis uerbis nihil alid Christus uoluerit, q;  
q; ligationē & solutionem Petri, fideles nō securi habent, ac si  
Chriſ ipſe ligaret & solueret, hoc est ratificauit ligationem & so-  
lutionē eius in terra. Quo non fit, ut aliiquid Petrus soluat in co-  
lo uel extra terram. Aut cur non astruis etiam ligare posse Pe-



trum, & pœnas a deo inflatis infligere, cū sit utraq potestas una, & æqualis? Corrige ergo ueritatem Chri, & ita doce. Quodcunq; ego ligauero in cœlis, tu solue super terram. Hac enim tuam esse intelligentiam in uerbis Chri, euidentem est. Sed q; absurdam & impia eadem sit, credo uel palpare possis. Igitur facias quod facis. Ex istis uerbis Chri, nunq; aliud probabis, q; quicquid Petrus non potest ligare, id nec soluere potest, quis, quicquid ligauerit & soluerit, tanq; deo ligante et soluente, obedire teneamur. Ut salua sit unitas Ecclesiæ suæ, quam iis uerbis constituit.

**C** Octauo. Inducis S. Thomam, q; sicut mea opinionem Ecclesia huiusmodi faciens indulgentias, magis damnificaret homines / q; iuuaret, quia absoluendo ab iniunctis poenitentiis, remitteret ad grauiores, id est, purgatorias. **H**ac S. Thomas.

**C** Respondeo, siue haec S. Thomas, siue alio dicat, nihil ad me per fund. meum primum, secundum, & tertium. Opinio est tantum, nondum decreta ueritas, cui si interim tradixero, non ero hereticus.

**C** Secundo uellem a B. Thoma doceri, qua dialectica stet ista pseuuentia. Ecclesia remittit soluiniunctas poenitentias, ergo remittit ad grauiores, id est purgatorias. Vos Thomistæ grauiter estis reprehendendi, qui sancti huius uiri opinioes, & sapientia falsas meditatioes, nobis pro articulis fidei audetis statuere. Et id unicuratis. Ut sicut nihil propter Thomam dignamini uesta lectione, ita nihil uultis in eo falsum uideri, in qua sententia iam diu protra omnes Vniuersitates, & totum fere mundum pretenditis.

**C** Tertio fundamento Thomæ falsum iudico, scilicet, q; deus requirat pœnas a peccatore, nec remittat, nisi requisita satisfactioe.

Cōtra, uerum est, q; spiritum proibitum & proscriptum non despicit. Et quod remittit, totum remittit, nisi forte flagella adhuc pro suo arbitrio iferat, quæ nec Ecclesia, nec cœlum relaxare potest. Ideo quando Ecclesia remittit iniunctas poenitentias, non ad grauiores remittit. Quia non habet potestate remittere ad alias pœnas, uel non remittere. Sed de iis in probationibus meis. Inique itaque mihi imponis, q; detruncem priuilegium ecclesiæ, & heresim sapiat ea propositio. Tu potius uide, an non in deum sis impius, qui ut potest statem Ecclesiæ uana adulatio extollas, in iudiciu diuinæ potestatis extollis. Id ei tribuens quod solius dei est. Quare mihi ignosce quas loqui tam sollicitus sum pro dei honore & potestate

defen  
mus u

Mi  
delect  
nante

non a  
tinet.

cōmu  
rum, s  
seruit

**C**

nifican  
ad gra

uadit :

tit ad p  
est ani

Ecclesi

lis. Qu

**C** D  
plena  
nitudi

potesta

imbuta

**C** C  
se remi

Latissim  
onib, q

Tua  
uirtute

mæ ) fi  
dimitri

**C** Re  
tur , ni

tus fiat

acceden

Impossi

justifica



q̄ potestas una,  
ce. Quodcumq; hāc enim tuam  
absurda & im-  
facias quod fa-  
uicquid Petrus  
ligauerit & sol-  
mūr. Vt salua-  
tionē Ecclesia hu-  
t homines q̄  
, remitteret ad  
Thomas.  
t, nihil ad me-  
est tantū, nō  
ero hæretic.  
lectica stet ista  
tētias, ergo re-  
omistæ graui-  
es, & sapientia fal-  
uere. Et id uni-  
stra lectione,  
a iam diu ptra-  
tit.  
ilicet, q̄ deus  
a satisfactiōe.  
nō despicit. Et  
nūc p suo arbi-  
t̄. Ideo quan-  
tūiores remit  
ernas, uel nō re-  
tagi mihi im-  
sapiat ea pro-  
s, qui ut pote-  
ti diuinæ po-  
Quare mihi  
& potestate

defendenda, q̄ tu es pro Ecclia potestate eleuanda. Et expecte-  
mus uterq; in hac re sententiā & determinationē Eccliae seu p̄ciliī.

Miror aut̄. Cur hāc potestate Ecclia te appellare priuilegium  
delebet, nisi q̄ titillare uideris eos, q̄ magis de potestate domi-  
nante q̄ de charitate seruiente glorian̄. Siquidem priuilegium  
non ad cōmunitatis ministeriū, sed ad p̄prietatis cōmodū per-  
tinet. Et hanc gratiā debem⁹ Scholastica uestræ Theologiae, qđ  
cōmune bonū Ecclia (potestate clauiū) nō ministerium multo  
rum, sed dominii feceris paucorū, Tyrannidē ethnicam, non  
seruitatem Christianā spectantes.

C Nono. Idem dico ad illud, q̄ sequeret animas magis dam-  
nificari q̄ iuuari per indulgentias plenarias, quia remitterentur  
ad grauiores. Obscro te. Quid Ecclia ad hoc facere p̄t, q̄ ania  
uadit ad purgatoriū? Ipsa absoluīt eam a suis p̄enit, non remit-  
tit ad purgatoriū, facit quod potest, si hoc non sufficit, defect⁹  
est ania migrantis, non Ecclia absoluentis, non enim potestas  
Ecclia, sed fides purificat, saluat, liberat aiam ab omnib⁹ ma-  
lis. Quae fides ab Ecclesia dari non potest.

C Decimo illi damnificant aias, qui omittit eis persuadere  
plenam fiduciā in Ch̄o, & p̄temptū p̄xiarū. Et non nisi mag-  
nitudine p̄xiarū terrēt, & pusilli m̄es faciunt, quatenus uirtutē  
potestatis magnificent, q̄ tanta mala possit tollere. Da animam  
imbutā charitate. Et erit dura sicut infernus æmulatio eius.

C Contra p̄clusionē meam Sextā. Vbi dixi Culpam nō pos-  
se remitti potestate Clavis, nisi declarando uel approbādo &c.  
Latissime resolui meipm̄ in hac materia, ut uidebis in declarati-  
onib⁹, q̄ & ip̄e hāc p̄clusionē alioḡ sentētia, nō mea sic posui.

Tua autem p̄futatio prorsus nihil est. Dicis enim, q̄ Attriti  
uirtute clavium (iuxta sanctoꝝ interpretationē / forte sancti Tho-  
mæ) fiunt p̄triti. Et ideo non modo Papa, sed quisq; sacerdos  
dimitit dispositiue & ministerialiter.

C Respōdeo primū, siue sancti sint, siue p̄ctōres, qui sic loquū-  
tur, nihil moror. hoc scio, quod errat. Error inq; est, q̄ attri-  
tus fiat contritus uirtute Clavium. Quia ut ait Ap̄lus. Oporteret  
accidentē credere. Fides aut̄ nō solū p̄terit, sed etiam iustificat.  
Impossible est enim, q̄ digne accedit ad sacramentū, nisi iam  
iustificatus & uere p̄tritus. Vnde illud cōmentū de attritione



fatis late uaganis/figmentū est , & nihil in reꝝ natura, nisi si mu-  
lationē forte uolueris eam intelligere, quæ magis indignū faci-  
at sacramēto. Quid dicam? Etiā iste tuꝝ Dialogus p̄firms senti-  
entiam meā, iam diu mecū moratā . Qz uidelicet Theologia  
illa Scholaſtīca, exulem nobis fecit , ueram & syncāram Theo-  
logiam. Nam uides, q̄ perpetuo hoc Dialogo, nihil ago , nisi q̄  
resisto & redarguo Scholaſtīca Theologiam , id est falsam Scri-  
pturā & sacramentoꝝ intelligentiam.

C Secundo. Tu ipse cogeris dicere , quod om̄es oīm faculta-  
tum dicunt, scilicet a solo deo remitti culpam. Quō ergo uirtu-  
te clauium uenit p̄tritio & quæ sola uirtute grā dei uenire ab om-  
nibus dicitur? Vide ne tua p̄futatio magis sit hæretica / q̄ meā p̄  
positio, licet p̄futator forte nō sit hæreticus. Si autē sola gratia  
dat p̄tritionē. Quid faciunt Ecclīce Claves , si non declarant uel  
approbant grām, quæ eas iam p̄uenit? Immo nullus uenit ad  
sacramētuꝝ sine fictione, nisi grā eum mouente ad sacramētuꝝ.

Aut Respōde Re.Pa. Cur ante & nō post baptis̄mū, q̄ritur bap-  
tisandus an credat? Cur absoluendus q̄ritur an doleat digne de  
peccatis, anteq̄ absoluat? An noua iterū Theologia, Materiam  
sacramēti p̄enitentiæ non cōtritū, sed attritū pones? Ergo p̄tri-  
tio nō est prima pars p̄enitentiæ, sed posterior p̄fessione. Et ta-  
men omnes dicunt, q̄ Cōfessio sine p̄tritione nulla sit. An for-  
te postq̄ fuerit absolut⁹, id est sacramētuꝝ p̄secutus, & uirtute cla-  
uium contritus, tum demū incipiat repeterē cōfessionē? Qz  
si hac Theologia uera est, meū fuerit p̄silium, ut quilibet pecca-  
tor prius absoluatur, q̄ cōfiteri permittatur. Et ita om̄ia peruer-  
so ordine ( ita uult Scholaſtīca Theologia) agamus, absoluēdo  
etiam qd' nescimus. deo grās, immo ne nobis miseris , qui tantā  
fiduciam in creaturā ponimus, & Clauibus tantam uirtutem tri-  
buimus. Sed nō permittit dolor & negotiū om̄es errores in hoc  
sacramētuꝝ inuestas per traditiōes hominū/percensere, occasio-  
nem dedisse, meliora ualentibus, sufficit. Igis nunc quatuor  
sunt partes p̄enitentiæ scilicet, Attritio, cōfessio, p̄tritio & satis-  
factio, adeo p̄fecit Theologia, adiutorio Philosophiæ.

C Contra p̄clusiouē septimā, ubi dixi. Nulli remitti culpā nīf  
subiecto sacerdoti, quā cū ueram affereres, & tamen inculpatam  
dimittere nō uelles, eo me saltē uituperio fō das, q̄ leprosum

appella  
q̄ ali q̄  
miror,  
tis. Hāc  
German  
Italia, &  
facere u  
intelligi

C Ad  
alii fal  
ad p̄ced  
pugnen  
tam mu

C Ad  
tis in de  
posite. q  
nitentia  
quid hic  
ea respo  
tētias, fa  
nes imp  
rituris p  
Papam  
rius ) po  
ticulo n  
inflictas  
impositi  
cōmunia  
næ inflig  
linquit l  
requirat  
ad plena  
ter fueri  
spectu de  
rat sacer  
summo  
ueris &c.

atura, nisi si my  
is indignū faci  
us p̄firmsent  
ic et Theologia  
incāram Theo  
hil ago, nisi q  
est falsam Scri  
es oīm facult  
Quō ergo uirtu  
i uenire ab om  
retica/q̄ mea p  
autē sola gratia  
declarant/uel  
ullus uenit ad  
d sacramentū  
nū,q̄ritur bap  
oleat digne de  
gia, Materiam  
ness Ergo p̄t  
fessione. Et ta  
a sit. An for  
s, & uirtute cla  
sionē? Q  
uilibet pecca  
omnia peruer  
us,absoluēdo  
ris, qui tantā  
uirtutem tri  
rrores in hoc  
nsere, occasio  
unc quatuor  
tritio & satis  
iae.  
tti culpā niss  
in culpatam  
q̄ leprosum

appellasti, quia miscerē aliquas ueritates falsitatibus. Gr̄as ago,  
q̄ aliquid, licet cum opprobrio, ueracem me confiteris. Sed id ad  
miror, quid acciderit uobis Thomistis, ut tam diuersum sentia  
tis. Hāc enī meam p̄clusionem Thomistæ, & tuæ sectæ fratres in  
Germania miro zelo detestantur. An alii habeatis Thomam in  
Italia, & aliud in Germania, ignoro. Nisi forte mihi suspicionē  
facere uultis, q̄ nec Thomistæ Thomā, nec Thomas Thomistas  
intelligat.

C Ad Octauā dicis/ sicut ad septimā, id ē, esse uerā, sed mixtā  
aliis falsis, ideo me leprosum & maculosum . Dico & ego sicut  
ad p̄cedentem. Cōueniat primū Thomistis inter seipso, & tunc  
pugnant p̄tra me. q̄q miror hāc p̄clusionē te nō reprobare , cum  
tam multis persuasum sit , eam esse falsam.

C Ad nonam , ubi dixi , excipi articulū mortis & necessita  
tis in decretis Papæ. Reete me dixisse sentis, sed nō apte seu ap  
posite. q̄ illa exceptio intelligatur, nō quo ad impositionē p̄œ  
nitentia, sed quo ad reseruationē casuum. Primo , Manhus  
quid hic audio ? supra me sunt quæ dicis , ideo non possum ad  
ea respondere. Si Papa etiam in morte reseruat impositas p̄œni  
tētias, fateor me nō intelligere, quomodo alias, q̄ iuxta Cano  
nes imponendas asferas. p̄æcedēte enim conclu.admisisti, mo  
rituris p̄œnitentias Canonicas non imponi. Hic rursum dicis,  
Papam nō remittere p̄œnitentias , nisi forte intelligas ( ut infe  
rius ) p̄œnitentias a sacerdote/ uel a deo inflictas, nō excipi ar  
ticulo necessitatis. Sed de iis iam supradictū est, q̄ pœnas a deo  
inflictas non sit ecclesiæ, uel reseruare, uel relaxare. & sacerdotis  
impositio, mere est arbitraria. Verū si ita sapis, figmēta illa  
cōmunia sequeris, q̄/quia sacerdos incertus est de quātitate pœ  
næ infligendæ, ideo morituro nō potest omnia soluere, sed re  
linquit hoc Papæ. Primum quis credat , q̄ de⁹ a morituro  
requirat aliam q̄ mortis pœnam & quā solam sufficere dicunt,  
ad plenariā remissionē omniū peccatorū & pœnarum , si uolē  
ter fuerit suscepta , quod uerissimum est , quia preciosa in con  
spectu domini mors sanctorum eius. Secundum , si igno  
rat sacerdos quantitatē infligendæ pœnæ , quis eam certā facit  
summo Pontifici ? At inquis , huic dictum est , Quodcūq̄ sol  
ueris &c. Respondeo , nunquid & quilibet sacerdos eiusdē uerbi

C



virtute soluit. Haec & his similia, nō nisi ex opinionibus dicitis, & in ecclesia dei docetis, q̄ probare prorsus nō potestis.

C Ad decimam, Arguis me admittere, qd̄ in aliis damno, népe, q̄ anias ad purgatorium addico, dū solū iniūctas dico remitti poenitentias. Respondeo ut supra. Nō remitto eas ad purgatorium, sed iustitia uel rigor dei, quē potestas ecclesiae tollere non potest, nisi oratiōe, nō potestate clavis. Deinde suadeo, ut fortiter moriantur, quod eos tutiores faciet a purgatorio, q̄ omnes omnium indulgentiae.

C Undecimā præteris. Ad duodecimā dicis, etiam nūc ante absolutionem poenitentias imponi, ut c. dudum.

Respondeo, Non tenes quod uolui, quæ & culpa mea est, quia nō satis me expressi. Sed nec oportuit, cum disputatione proponerem. Sensus meus est & fuit, q̄ olim nō absolvebantur ante peccatiā expletā. quod ex eo poteras intelligere, quod subiunxi. tanq̄ tentamenta uerae cōtritionis. Nostro em̄ seculo, ubi solum imponitur, nō autē impletur ante absolutionē, nō potest explorari, an uera sit cōtrito. Et utinam ille uetus mos reuocaretur.

C Ad tertiam decimā. Concedis uerū esse per mortem omnia solui, ubi ex Canone tñ p̄ena debet. Q̄ si eam quā imponit Canon, etiā diuīa iustitia exigat, purgatoriū neges, necesse est.

C Respondeo. Siue iusticia exigat, siue non. Nihil hoc ad Claves Ecclesiæ. Sed ad orōnes dūtaxat. Sicut Iacobus dicit, q̄ oratio fidei Ecclesiæ saluabit ifirmū. & si in pctis fuerit, remittens ei,

C Secundo. fieret tunc Ministeriū Claviū aliud nihil, q̄ nego tū perambulans in tenebris, quia solueret / nesciens qd̄ & q̄tū solueret, qd̄ mihi certe satis absurdū uidetur. Nam iudiciū ferri non debet super re prorsus incognita. Claves em̄ rem certam & solidam operari debent. Sed iam satis supra & alibi.

C Tertio. Non sequit̄, ideo purgatoriū a me negari. Sed solū q̄ purgatoriū uirtute claviū non possit solui, ut infra.

C Ad Quartā decimā & quintam decimā, ubi disputauī, quæ mihi uideref esse p̄ena purgatoriī, Sc̄z horror & timor, ac p̄pe desperatio. Tres mihi falsitates imponis & temeritatem.

C Respondeo ad temeritatē prius. Eiusdē criminis reus mecum es & tu, & S. Thomas, immo Thomas om̄ maxie. Qui per

omnia  
grande  
tit in u  
tare de  
quid eg  
diffinit  
om̄ia at  
ma leg  
Ve ut  
hac par  
mius pr  
nio, sed  
ticum u  
esse, uel  
ones Th

C Pr  
torio su  
Tu uero  
siā Rom  
rando

Respo  
cōclu.  
de quib  
tuas. Na  
se esse sa  
bus ad i

C Pr  
B. Thōa  
tali, for  
Regula  
quādo a  
mentū s  
receptus  
qui fund

C Sec  
uocas. Eg  
et om̄ii



in ionibus dic  
o potestis.  
n aliis danno,  
i iniunctas dico  
Nō remitto eas  
otestas ecclesie  
auis. Deinde  
es faciet a pur-  
etiam nūc ante  
culpa mea est,  
i disputatione  
absoluebantur  
elligere, quod  
stro em̄ seculo,  
solutione; nō  
ille uetus mos  
ortem omnia  
i quā imponit  
s, necesse est.  
hil hoc ad Cla  
us dicit, q̄ or  
, remittent ci  
l nihil, q̄ nego  
ciens qd & q̄ū  
m iudiciū ferri  
rem certam &  
alibi.  
gari. Sed solū  
fra.  
disputau, quā  
timor, ac ppe  
tatem.  
minis reus me  
maxie. Qui pa

omnia ferme sua scripta aliud nihil facit, quā disputat, & quod  
grande est, etiam ea quae fidei sunt / in questioēs uocat, & fidē uer  
tit in utrum, ut nosti. Cur ergo mihi quæso, nō permittis dispu  
tare de iis rebus, quae sunt dubiosissimæ & nō determinatae? Nun  
quid ego Ecclia sum, immo plusq̄ Ecclia. ut mea disputationes p  
diffinitiōibus accipiant? Sed consuetudo ista est Thomistica, q̄  
omnia assere solet, etiā quae disputatione pponitis, aut in Tho  
ma legit̄. ideo & me assertorem credis, non disputatorem.  
Vege ut uidebis i decla. si i ulla mea ppositioni parte dispu  
to, hac parte maxime dispu, & ita dispu, ut meā sententiam fir  
mius probare mihi uidear, q̄ tua opinio sit pbata, nō tamē diffi  
nio, sed iudicium Ecclesiæ expecto. Ideo ignosco tibi / q̄ me hære  
ticum uocas, sciens hunc esse morem Thomistarū, ut hæreticus  
esse, uelit nolit, cogatur ( dumtaxat apud Thomistas ) qui opini  
ones Thomæ non fuerit secutus. Nunc reliqua.

**C** Prima (inquis) falsitas est. q̄ aperte innuo, eos qui in purga  
torio sunt, nescire se saluandos esse, ut & XIX. ppositione dixi.  
Tu uero cū diuo Thoma, cuius doctrina per regulam fidei ecclie  
siā Romanā, & discussam, & pbata dicis, ponis, q̄ sciūt se libe  
randos, alioquin suffragia nō expeterent.

Respondeo, Rem ipsam omitto, quia dispu, & infra xix.  
cōclu. nō omnes esse certas dixi, licet aliquæ forte cognoscant,  
de quibus late in declara. si peruenient, aut peruenient in manus  
tuas. Nam id credo me probare & probasse, q̄ nō omnes sciant  
se esse saluandos, ut testantur exempla multa, de animab⁹ eunti  
bus ad iudicium &c.

**C** Probationes tuas tantum uideamus. Primo autoritatē  
B. Thōæ inducis, cuius sententiā / sententiā sc̄tōr̄ uocas nūero plu  
tali, forte reuerētiæ causa. Et ut huic credā, dicis a Rōana Ecclia  
Regula fidei pbatum. Miror q̄ inter tot Ecclia doctores, nō ali  
quādo aliū quoqz, aut textum scripture inducas. ideo per funda  
mentū secundū, iterum tam te q̄ Thomā reiicio. Quia & Aug.  
receptus est ab Ecclia magis q̄ S. Thomas. Paulus autem maxie,  
qui fundamentum meum primū est.

**C** Secundo miror. Quid uelis, q̄ Eccliam Rō. fidei regulam  
uocas. Ego credidi semper, q̄ fides esset regula Romanæ Eccliae  
et omnī Eccliarum. ut Aplus Gal. VI. Et quicunq̄ hanc regulā

C ii



secuti fuerit, pax super eos &c. Rogo eousq; digneris ad pari Ro-  
Ecclia, ut ea permittas discipula esse fidei, quae reguletur fide,  
nō regulet fidem. Sed forte haec uerbi est trouersia. Quia re-  
gula fidei improprie locut⁹ vocas, q; ad eam fidem, quam Ro,  
Ecclia p̄fretur, oīm fides debet cōformari. Et placet mirifice. Nā  
& ego grās ago Chio, q; hanc unā Eccliam in terris ita seruat, in  
genti, & quod solū possit p̄bare fidem nostrā esse uerā, miracu-  
lo, ut nunq; a uera fide, ullo suo decreto recesserit, nec tot Bara-  
thris pessimorū morū, diabolus tñ efficere potuit, ut penes hac  
nō maneret ab origine, sua Canonicorū Bibliæ librorū, & Eccle-  
siasticog; patrū & interptum authoritas, & authoritatis sincera  
professio. licet multi forte sunt nimis, qui priuatim his libris  
pr̄fus nullā habeat fidē, nec eos curēt, aut legere, aut itelligere.

**C** Tertio illam p̄sequentiā tu ipse quāso perpende. Animæ  
expetunt suffragia, ergo sciunt se esse saluandas. Fuisti ne tu ipse  
aliquādo in periculo, uel mortis, uel alterius necessitatis, in quo  
nesciebas, an tibi esset pereundum uel emergendū? Si fuisti, Re-  
cordare quāso, q; anxiæ quāsieris auxilium & consilium eo max-  
ime, quo ignarus fuisti auxiliū & p̄filii. Et (ut ille ait) Vna salus ti-  
bi fuit, nullam sperare salutem. Si nō fuisti. obsecro, uelis cre-  
dere iis qui fuerūt. Vbi est ergo argumentū tuū, Petūt suffragia,  
ergo sciunt se saluādas? Quid si p̄trariū uerius sit, petunt suffra-  
gium, ergo ignorant se saluādas? Sic inq; potest fieri, ut a facie  
æternæ iræ horrétes timeant perire, & in lacū ire sempiternum.  
Et ne intrent orare & suffragiū querere. Hoc Ecclia uide senti-  
re qn; p̄ eis orat, ne absorbeat eas Tartarus. Itē Libera eas de ore  
leonis. Ecce in ore leonis iam iam deglutientis, & in absorptio-  
ne Tartari eas esse, Ecclesia protestatur. Sed latius ubi dixi.

**C** Secunda (inquis) falsitas est, q; qui purgātur timeat, p̄terq;  
filialiter, quia timor de futuro malo. &c.

**C** Respondeo, tuo te gladio peto. Temeritas est in iis, quæ  
nos ratio naturalis non docet, uelle aliquid diffinire nostra au-  
toritate. Elue hanc temeritatem tuam, qui sine autoritate tair-  
ta fiducia p̄nuncias, non esse in purgatorio, nisi filiale timo-  
rem, Thomam enim non audio. Secundo, Video te eo errore  
laborare, quasi possit esse filialis timor i via tam purus, ut null⁹  
cum eo mixtus sit timor seruīlis pœnarū, quod iuxta Scrip. & Ec-

clesiaſt  
niſi in  
perfect  
Aut do  
ſi non  
purgat  
ab iis r  
fit, qui  
nec fin  
reat. T  
Animæ  
ſes uit  
lic p̄ter  
ignota  
futuri  
dedi, d

Qua  
deus, q  
nomina  
quia no  
ageret  
ciente,  
putau  
possit u  
pœnæ s

**C** D  
prope d  
gatoriu  
remitte  
tentia si  
cōclusio  
riculo p  
similis e  
**C** De  
necessari  
Q uno in

etis adlari Ro.  
reguletur fide,  
ersia. Quia re-  
em, quam Ro,  
cet mirifice. Nā  
is ita seruat, in  
uerā, miracu-  
, nec tot Bara-  
it, ut penes hac  
ibrorū, & Eccle-  
ritatis sincera-  
atim his libris  
aut intelligere.  
ende. Animæ  
Fuisti ne tu ipse  
ssitatis, in quo  
is? Si fuisti, Re-  
silium eo max-  
it) Vna salus ti-  
secro, uelis cre-  
tut suffragia,  
petunt suffra-  
fieri, ut a facie  
empiternum,  
ia uides senti-  
era eas de ore  
in absorptio-  
bi dixi.  
timeāt, pterij  
est in iis, quæ  
ire nostra au-  
toritate tair-  
filialem timo-  
te eo errore  
urus, ut nulli-  
ta Scrip. & Ec-

clesiasticos patres non est possibile, cum nulla virtus perficiatur nisi in patria. Et haec mea positiois causa est. qd animæ sunt imperfectæ charitatis, habentes mixtū timore poenarū id est seruile. Aut doce me, quomodo de pena doleant, si non timent eam, si non dissentunt ab ea, nisi diffinitio doloris B. Aug. alia est in purgatorio, alia super terrā, qua dicit, dolor est dissensio animi ab iis rebus, quæ nolētibus nobis accidūt, dolent ergo? Sed hoc sit, quia nolunt, si nolunt, seruiliter timet poenam. Tu cape, ego nec fingere possum, qd qs doleat de pena/quā nō tieat, aut horreat. Tertio. Id uero qd acute dixisti, qa timor sit de futuro malo. Animæ aut sunt in presentib⁹ malis. Si cogitare posses, ul⁹ gustas-  
ses uitæ futuræ unam guttulam, non ista dices. Oia sunt illic p̄terita, omnia presentia, omnia futura. Breuiter, quia hac sit ignota tibi. Hoc est qd dico, quia pena purgatorii est timor futuri mali, id est horror damnationis. Sicut supra exemplum dedi, de iis qui in periculo sunt constituti.

Quarto, qd si solus iste horror satis esset poenarū, impi⁹ esset deus, qui alias penas adderet. obsecro, creatorē tuū modestius nominare uelis misera creatura, nunquid ideo deus impi⁹ esset, quia non secundū caput tuū, opinionibus Thomisticis differtū, ageret? Deinde, nec me intelligis. nō dixi hanc penā esse suffi-  
cientē, id est omnē quā patiūtur animæ, nec de aliis penis dis-  
putauī. Sed hanc solā aio tantam esse, tā uehementem, ut sola possit uice purgatorii esse, cū in ea sit omnis pena. imino aliæ penæ seorsum nihil sunt ad istam, ut dixi in decla.

C Decimā sextam Conclusionē, ubi purgatoriū dixi uideri prope desperationem. Tu contra, certam spem salutis in purgatorium ponis. Et hoc nō , nisi nuda Thomæ auctoritate, qd remitto ad fundamentum meū secundum. Secundo uehe-  
menter dubito, an scias quid sit certa spes, cum tua ipsius sen-  
tentia sit, qd homo nescit, an amore dignus sit. Tertio, Hac cōclusionem ex supradictis apertā relinquō, qd morituris & pe-  
niculo pressis, licet nondū sit desperata, prope tamen, ac uelut similis est desperatæ, Sal⁹. Ois enim timor pars qdā ē desperatōis.

C Decimam septimam, ubi ex p̄sequenti animabus augeri necessario charitatē, dixi. tu pulcherrio Aristotele mihi occurris, qd uno incōuenienti dato, plura mihi contingenter. sed nō mi-

nus absurdū esse, q̄ timorē seruile in animabus posui, q̄ charita  
tis argumentum. Deinde tu q̄ optimas tuas cōuenientias profe  
catus cum b. Thoma, contrarium asseris. nihil allegans aliud  
( pro more tuo ) nisi noua uocabula. scilicet, q̄ animā secundū  
Thomam, sunt uiatores secundū quid, non simpliciter. Quis  
dixit tibi & Thomæ, esse eos uiatores secundū quid/nō simpli  
citer? An Aristoteles in Elenchis suis? quis temeritatem ( ut tu  
uocas ) tibi permisit, scrutandi eius, ad quod nulla suppetit no  
bis ratio, naturalis pr̄sertim, cum non dispures sed definias?  
An illa tua fortissima ratio, qua dicas. Alioquin, bonū esset eis,  
diu esse in purgatorio, ut perfectiores & cōsumatores euaderēt.  
Hoc argumentū credo nō posse fieri nisi a Thomista, tantū ha  
bet acuminis. Nam ex eo etiam sequeretur, bonū esse, ut nullū  
sanctorum moreretur. Et ut martyres usq; in diem iudicii, car  
ceres & ungulas sustinerēt, quia si charitas potest augeri in statu  
in quo sunt, bonum est, ut diu in illo maneant. hoc est, sem  
per moriantur pro Christo, quo perfectiores euadāt. Hac tu ( ut  
dicas ) nō sequēs uocum nouitates, sed uestigia sanctorum.

**C** Decimam octauam, ubi uidebas me petere auctoritatem  
scrip. uel ratiōis/omittis, nisi q̄ auctoritate sanctorum ( pluraliter ) idest sancti Thomæ, dicas fieri argumentum probabile.  
Concedo esse argumentū probabile, id est dubium & dialecti  
cum, cui nō sit necessariū accedere fide. Et hac tua professione  
obstrictum uolo, ut quoties mihi diuum Thomā adducis, sine  
scrip. sine patribus, sine ecclesia, sine ratiōe loquentē, memor  
sis, te dialecticum nō Theologum agere, idest, probabilia tair  
tummodo tradere, nō credibilia. Quid ergo? Hoc pacto iā  
omnino conuenimus in unum, et finis est disputandi. quia hoc  
quod affirmas tu, ego nego, uis ergo ut sistamus? nam deinceps, pr̄ter diuū Thomā nihil ponis, nisi, q̄ aliquādo me cō  
uitis insectaris. ubiq; autem inuidiosum Pontifici me facere stu  
des, sed transiliam breuiter.

**C** Decimā nonam pr̄teriens, dicas idem, quod supra ad  
decimā quartā & decimā quintā dixissi, quo & ego te remitto.

**C** Contra uicesimā dicas, summū Pontificē posse remittere  
pœnā tam impositam, quā nō impositam, ut edocet diuū Tho  
mas. oppositum autē dicere, est hæreticum, & contra privilegiū

datum  
p̄ra Co  
naueri

**C** A  
**C** A

confut  
purgat  
nem ne  
purgat  
propos

**C** A

supra t  
ibi dixi  
ex attri  
tritio s  
re dol  
um gra  
tiæ. Et a  
stoli in  
cere no  
gratia

**C** Se  
posse e  
ego cre  
nis & n  
pœnari  
potest c  
dolor c  
perient

**C** A

confite  
Secu  
uenias,  
et si illi  
salutem

**C** Re  
certum



osui, q̄ charita  
enientias proſe  
allegans aliud  
mīmā ſecundū  
opliciter. Quis  
uid/nō ſimpli  
ritatem (ut tu  
lla ſuppetit no  
rū ſed definiat  
bonū eſſet eis,  
ores euaderet  
iſta, tantū ha  
ū eſſe, ut nullū  
in iudicii, car  
augeri in ſtatū  
. hoc eſt, ſem  
lāt. Hāc tu (ut  
nctorum.  
e auctoritatē  
orū (plurali  
probabile.  
um & dialeſti  
ua profiſſione  
adducis, ſine  
entē, memor  
robabilitā tan  
Hoc pacto iā  
ndi, quia hoc  
ſ' nam dein  
quādo me cō  
me facere ſtu  
od ſupra ad  
o te remitto.  
oſſe remittre  
ocet diu⁹ Tho  
tra pribilegiū

datum Petro. Respondeo. Nego, & ratio negandi dicta ſu  
pra Con. quinta. Hāreticus autem ero, ſi poſtq̄ Ecclesia determi  
nauerit, non tenuero.

¶ Ad Vicesimā primā me couitio pungis, ideo tranſeo.

¶ Ad Vicesimā ſecundā, ea dicis quā ſupra Con. quīta ſunt  
confutata. Nego eſſe factum, & doſtriṇā Ecclīæ, relaxari poenās  
purgatorii per uiām indulgentiā, q̄q̄ admiror/q̄ hanc ppoſitio  
nem nō approbaueris, qui ſuperi⁹ docuisti & admisisti, Anias in  
purgatorio non ſoluere Canonicas poenās, ut dicit mea hāc  
propositio.

¶ Ad vicesimā tertīā, longo uerborū traſcu repetis id, qđ  
ſupra traſtatū eſt, propositioē VI. de attritione & cōtritione. qđ  
ibi dixi, hic dictū puta. Non eſt enim fundamētū Theologicū,  
ex attrito fieri p̄tritum uirtute Clauium, ſed erroneū. deinde attritio  
ſeu dolor ille imperfectus, non eſt idem quod uelle habe  
re dolorem & grām dei. Sed uel eſt simulatio fallax, uel eſt initi  
um gratiæ ueriflīmū. Sicut B. Aug. ait. Desyderiū grā ē initiū gra  
tiæ. Et alibi. Velle eſſe iuſtū, eſt magna pars iuſtitiæ. Immo Apo  
ſtoli in eo gradu permanerūt. Ro. VII. Velle mihi adiacet, perſi  
cere non inuenio. Non ergo attritionis, nec liberi arbitri i, ſed  
gratiæ eſt tale deſyderiū, aī omnē uirtutem Clauium.

¶ Secundo facilime admitto, q̄ dicis, Indulgentias cōferri  
poſſe etiā imperfectissimis, nec hoc negat mea ppoſitio, immo  
ego credo, q̄ remiſſio poenæ ſacerdotalis potefi conferri indig  
nis & non p̄tritis. Sensus aut̄ meus eſt, q̄ nulla omniū omnino  
poenarū, tam a deo impositarū/q̄ ab homī, niſi perfectissimis  
poenā ſunt, immo nullis in hac uita, manet enim poena mortis,  
dolor cordis &c. Et nullum eſt dubium in hac propositio. Ex  
perientia teste, & omnium ſententia.

¶ Ad Vicesimā quartā. Negas falli populu, ſi modo attriti  
conſiteantur &c. quod ut ſupra de attritione dictum eſt reiicio.

Secundo q̄ addis, alia opera bona non eſſe relinquēda, ppter  
uenias, cum nullus pro certo ſciat, ſe uenias affeſcutū. Itē, quia  
et ſi illi ueniam nō psequunt, pium tñ opus faciūt, quod eos in  
ſalutem diſponit.

¶ Respondeo. O miserū patrocinium ueniarū. obſecro, ſi in  
certum eſt psequi nos uenias, quid facimus? quid doces? Aplus



prohibet, ne in incertum currām. Hāc tūa apd me uerissimā sunt, immo apud omnes. Hinc est, quod ego tota fiducia suadeo hominib⁹, ut relictis ueniis, iniucem bene faciant. quia hic sunt certi, sefē grām dei psequi. Illic uero incerti, an grām hominis psequant. Hic tandem dicis & sentis ad omnia uora mea, immo plusq uolui. Ego qui hāreticus, perfidus, erroneus accusor, nunq tam uiliter de indulgentiis locutus sum, nec loqui uolo. Quid est quāso donum incertū, nisi nullū donum? Quare ergo tot pompis irritatur uulgas ad incertū suū bonū, quod certissimū bonū sine pompa potuit induci? Hoc modo peius fallitur, nō maior pars poplī, sed tot⁹ popul⁹. Quid si ego ista dixisse?

**C** Secundo. Vbi nunc est potestas Papæ, Vbi uirtus Clavium, si non nisi incertū operant? Iam Ch̄rūs nihil dedisse uiderur Ecclesiæ, qui nihil certum ei dedit. Eo scilicet peruenit res ecclesiæ studio scholastice Theologie, ut quæ donata sint nobis, nesciamus. & id profitemur nos nescire/ contra Apostolū.i. Corin.iii. Sed uide meas decla. Credo me id effecisse, ut intelligi possit, quid claves, & quid non operentur, idq non incerte, sed certe.

Tertio. Altera lacinia frigidī hājus patrocinii tui, miserarū ueniarum est hāc. q & si illi uenias nō consequantur, tamē piū opus faciunt &c. Volo p̄mere, quæ hic cogito, tu quāso uide quid dicas, & quid inde sequatur. Hoc dico interim, nō potest populus ad piū opus induci, nisi spe incerta ueniarum? Dic hoc populo & uide, si unum obulum pro tali ueritate consequaris. Quis em p̄ incerto, certū labore? Id' o necesse est p̄ conib⁹ uenia, hāc ueritatē nō docere. Et tū nō fallis maior pars poplī. Ad has impias fabulas peruenim⁹, dū docem⁹ poplōs nō in certissimā & nudissimā misericordiā dei, sed in p̄prias iusticias in certissimas, immo nullas confidere.

**C** Quarto, sic ueniae essent p̄ mortuis solidiores q̄ pro uiuis, quia tua sententia p̄sunt defunctis certissime, uiuis autē incerte. Et tamē p̄ uiuis sunt principaliter & directe instituta. Qz si directe non sunt nisi incertæ, quō quāso certæ fiunt, qn̄ sunt indirectæ? fateor hāc etiam in Glo.li.V.c. quod aut̄ posita, Primo me mouerunt, ut de indulgentiis dubitarē. Et quō nō dubitarē, cū dubitarē iubear/a tātis ueniae tutorib⁹, doctorib⁹, p̄conib⁹

**C** Quinto. Vide ne popul⁹ piū opus p̄ uenias facere doct⁹, nō

faciat  
faceret  
creatur  
rum si  
bonum  
ad hoc  
**C** A  
sunt ad  
potesta  
purgat  
nō fuit  
rebat,  
interce  
ciali, u  
go est p  
**C** A  
purgat  
plication  
mam n  
**C** A  
nō hom  
qui ani  
plena u  
Respo  
quando  
impugn  
runt po  
de, & hi  
prädica  
Hoc tu i  
tua & sa  
liter pen  
nostrī d  
si etiā ue  
didicisti  
est id , g  
strusissim

me uenissim  
ota fiducia sua  
aciant. quia hic  
an g̃am homi  
a uota mea, im  
oneus accusor,  
nec loqui uolo.  
Quare ergo  
ū, quod certissi  
peius fallitur,  
o ista dixisse m̃  
irtus Clauium,  
lisfe uidetur Ec  
enit res ecclesia  
nt nobis, nesci  
olū.i.Corin.iii  
ntelligi possit,  
erte, sed certe.  
i tui, miserarū  
ntur, tamē piū  
tu queso uide  
rit, nō potest  
ueniarum? Dic  
ueritate conse  
esse est p̃conib⁹  
ior pars popl̃.  
popl̃os nō in cer  
ias iusticias ir  
es q̃ pro uinis,  
is autē incerte  
uta. Qz si di  
q̃n sunt indi  
posita, Primo  
s nō dubitarē,  
rib⁹, p̃conib⁹  
cere doct⁹, nō

faciat eo ipso, nisi malū opus. scilicet, si op⁹ huiusmōi alias non  
faceret, nisi uenias speraret. Hic patet, q̃ non deum pro fine, sed  
creaturā scilicet remissionem poena, in opere suo habet. Nisi ue  
rum sit qd̃ aliqui dicunt, indulgētias esse pias fraudes, q̃ popul⁹  
bonum opus facit ppter deum, & spe placendi deo, prouocatus  
ad hoc per uenias.

C Ad uicesimā quintam, ea quæ dicas nihil curo, non enim  
sunt ad propositum. tu intelligis propositionē m̃am loqui de  
potestate iurisdictionis, quā tamen negauit superius & inferius in  
purgatoriū ualere. Ego loquor de potestate operandi, & quidē  
nō fuit mens mea, ut sic fallerent legētes, sed tunc sicut occur  
rebat, ita ponebam. Potestas itaq̃ h̃ec est, quia Papa generali  
intercessione orat pro defunctis cū tota ecclesia. Episcopus spe  
ciali, ut in diebus communib⁹. Curatus, in singulis feriis. Er  
go est potestas orandi & intercedendi, de quo alias.

C Ad uicesimā sextam, dicas ecclesiam habere potestatē in  
purgatoriū secundum sanctos ( id est S. Thomā ) et hoc per ap  
plicationē meritorum Christi. Respōdeo ut supra, S. Tho  
mam nego.

C Ad uicesimā septimam, ardens in defensionē tuorū dicas,  
nō hominē, sed merā ueritatem & catholicam prædicari ab iis,  
qui animā eo instanti, quo plene factum est illud, gratia cuius  
plena uenia datur, puta, quando deiectus est aureus in peluim.

Respondeo, o suauissimā glosam, quis hac ignorat, q̃ anima,  
quando satisfactū est pro ea, in instanti euolēt? Nunquid hoc  
impugnaui? quis ista nō credit? Sed & hanc glosam tuā dede  
runt postea tui quoq̃ fratres Germanix. Secūdo, huc attē  
de, & hic responde, ubi urgeris & nodus h̃aret, An sit hominē  
prædicari uel deum, dicere, q̃ anima per indulgentias euolat.  
Hoc tu iam iterum, facto & doctrina ecclesiā, id est opinione  
tua & sancti Thomā probas, & non aliter. quāq̃ tu nō tam ui  
liter pendis animas, q̃ hi nostri. Siquidem tu aureū in peluini,  
nostri duodecim quatrinos satis esse dicunt. Tertio, quod  
si etiā uerū esset, per indulgentias redimi animas, qua dialectica  
didicisti, eodem momento satisfactum pro anima, quo factū  
est id, gratia cuius donatur uenia & ita diuinatis de iis rebus ab  
strusissimis, ac si p̃sentes omnia uideretis. Nonne posset fieri

D



ut dum ille nūm mū iactat , interim angelus sicut Thobiæ fecit , offerat deo memoriā huius facti , & deinde animam uisiter , & aliqua mora intercedente redimat . Aut aliud fieri , quod nos ignoramus . Quarto aptissimā adducis similitudinem , q̄ talis prædicator sit similis Coco , qui substancialē cibos , accidēta lib⁹ sapo rib⁹ exacuit . Immo hoc dolem⁹ , q̄ Comestores illi , nimis accidentalibus & alienis uerbis adulterant uerbum dei . Deniq̄ iube , ut prædicatores illi hoc modo sua uerba intelligēda doceant , & uidebis eos omni populo sibilum & fabulam fieri . nullus enim ita intellexit . Quare satis video , quantū sollicitauerint apud te , ut hanc eorū conscientiā , utcunq̄ excusares & leuares , sed frustra .

**C** Ad uicesimā octauam , me detractorem uocas , & eum qui ponit in cœlum os suū , quia deus ( inquis ) concessit Pap̄e dare de suffragio pro uoluntate sua .

**R** Espōdeo . Nolo tecū cōuitiis agere mi Pater . Scio q̄ om̄ia facil⁹ sustinemus , q̄ ueritatē . Tuis uerbis non pōt offendī auaritia , q̄ nō tangis eā , sed tingis & pingis . Nā q̄ Papa possit dare suffragiū , non nego . Sed q̄ suffragiū faciat aīam euolare , hoc interim nego , donec tu aliud probaueris .

**C** Ad Vicesimā nonā , primū somnia mea uocas . Deinde ex S. Thoma de pœna uoluntaria longū trahis sermonē . Et in fine dīcis , contrariū si quis afferat , stultus & ridiculus sit .

**R** Respondeo . sum optime contentus , ut tu sapias & rideas , usquequo uoles . Sim ego stultus & ridiculus .

**C** Secundo . Ego quæstiōnē dumtaxat posui . Tu sicut egregius Thomista ( pro more uestro ) nec nutum uestris opiniōibus contrariū ferre potes . Nihil tamē prorsus probas .

**C** Tertio . Ista distiō B. Thomæ est falsissima / meo iudicio , scilicet , q̄ aliqua pœna ē per quam bonū acquirim⁹ , ut quæ est in hac uita . Alia aut̄ per quā nullū bonū nobis accrescit , sicut est mors naturalis & pœna purgatoriī , quia licet sine ea ( ut aīs ) nō perueniā ad bonū , tamen bonū nō per eam accrescit .

**R** Respōdeo . Ita loqueris sine iudicio , ac si necessē sit uerbū B. Thomæ oraculū haberi . Cur ergo Apostolus errat , quādō dicit , omnia cooperantur in bonum sanctis ? Sed forte ut estis prompti ad distinctiones ( id est scripturæ disceptiōes ) dices ,

Q̄ om̄  
Contr  
simō q̄  
eius . D  
tem , b  
te , sum  
cat ang  
cum fio  
ter , nih  
narum  
& eliga  
tas dei

**C** A  
certæ su

**C** A  
supra p  
pœnitentia

Respo  
liquissim  
uenit tibi  
perfecti  
absurdit  
ponant .  
& nūc re  
ritate ul  
præuent  
ergo de  
est ullus  
supra dix  
attritos

**C** Ad  
ras uenia  
ne . Tu a  
Primū fa

Quid  
dulgentias  
nis operi



Thobia fecit,  
nam uisit, &  
eri, quod nos  
tudinem, q̄ ta  
ibos, accidēta  
estores illi, ni  
rbum dei. De  
ba intelligēda  
fabulam fieri.  
uantū sollicit  
q̄ excusares &  
cas, & eum qui  
ffit Pap̄ dare  
r. Scio q̄ om̄ia  
ōt offendī aua  
apa possit dare  
euolare, hoc in  
as. Deinde ex Si  
nē. Et in fine dī  
t.  
apias & rideas,  
u sicut egregius  
opiniōibus cō  
/meo iudicio,  
im9, ut quā est  
rescīt, sicut est  
ne ea (ut aīs)nō  
escīt.  
esse sit uerbū Bi  
s errat, quādo  
ed forte ut estis  
erptiōes) dices,

q̄ omnia cooperantur scilicet huius uitæ, sic enim soletis elab̄i  
Contra, Ro. XV. Qui moritur, domio moritur. Et psal. Cente  
simo quindecimo. Preciosa i conspectu domini, mors sanctoꝝ  
eius. Doleo ego sanctū uitrum eo prolapsum, ut neget per mor  
tem, bonū accrescere. Cum sancti martyres, martyrio & mor  
te, summū præmiū & aureolam obtinuerit. Igitur, siue hæc di  
cat angelicus, siue humanus doctoꝝ, insulsissimū errorem dici,  
cum fiducia proclamo.

Quarto, eodem sensu, probabili  
ter, nihil asserendo, dixi. Animas quoq̄ uolūtaria passione poe  
narum purgatorii, perfici in charitate, quia necesse est, ut amēt  
& eligant poenias, quas sentiūt deū eis infligere. Hæc enī uolū  
tas dei est, quā super oīa diligunt, aut cete diligere laborant.

C Ad tricesimam, repetis eandem tuā cantilenā, q̄ animæ

certæ sunt de gratia dei & salute &c. quibus supra respondi.

C Ad Tricesimā primam, dicis me superfluum dicere, eo q̄

supra posuerim perfectissimas consequi uenias. Hic autem uere

pœnitentes, qui tamen minus rari sunt.

Respondeo, Recte fecisses, si meas propositiones intactas re  
liquisses. Tu incedis ad Aquilonem, & illæ ad Austrū, adeo cō  
uenit tibi cum intelligentia earum. Tu audes egregie mi pater,  
perfectissimos discernere a uere pœnitentibus? Deinde, quod  
absurdius est, pœnitentes & attritos facis eosdem, nisi obicem  
ponant. Ista figmenta obicis & attritionis, supra quoq̄ reieci,  
& nūc reicio. Humana sunt cōmēta nuper inuenta, sine auto  
ritate illa & ratione. Nemine pœnitet uitæ suæ, nisi gratia fidei  
præuentum, ut tenet una sententia totius ecclesiæ. Quid mihi  
ergo de fictitia illa pœnitentia, quā tu attritionem fingis? nec  
est ullus tam perfectus in hac uita, qui nō egeat pœnitentia, ut  
supra dixi. Tu aut̄ pœnitentiā extra eccliam uideris ponere / iter  
attritos dumtaxat, quod est euidentis error.

C Ad Tricesimā secundā. Vbi ego docui, ne ullus fideret i lite  
ras ueniarū, q̄ppe cū dicat Scrip. Maledict⁹ q̄ confidit in homi  
ne. Tu acutissime uoleuis unū malū uincere, gemino te perdis.  
Primū fatuos eos asseris, qui sine operibus bonis tutos se putāt.

Quid ergo supra dixisti, q̄ attrit⁹ p̄sequens sacramentū & in  
dulgētias, euolaret / si moreretur? cum talis omnino sit sine bo  
nis operib⁹? Deinde uideris admittere, q̄ cuim bonis operib⁹?

D ii



possint esse tuti, hoc fīm te Christianū est, sīm Aug. & Paulū, Pelagi  
anum est. Cum talia opera reuera nulla sint, q̄bus tūtī esse possū  
mus. Sed nuda misericordia salui erimus, Vt Aplus Tit. III. Non  
ex operibus iustitiae, quae fecim⁹ nos, sed fīm misericordiam su-  
am saluos nos fecit. Ita & alibi, sola fidei iustitia gloriatur.

Secundū. Qui uero ex spūali cōmodo eiusmodi literarū con-  
cipiunt spem melius uiuendi & moriendi, &c. recte sentiūt. & sic  
docentes, recte docent.

Respōdeo. Remissio pœnas tñ pfertur per līas & idulgētias,  
dignū ne ergo iudicas hanc, spūale cōmodū uocare? Quid anī  
inde boni p̄sequitur? Nihil prorsus, & tamē est spūale cōmodū.  
Ita luditis uerborum & noīm licentia, donec oīa confuderitis.

Secūdo. quō spes melius uiuendi nascitur ex remissiōe pœna-  
rū. i.uita ex morte! Mortua res est pœnarū remissio, & ita mor-  
ta, ut etiā tuis Magistris testibus, melius sit satisfacere per se, q̄  
satisfactionē remitti per indulgentias. Sed quid ego cū tuis nū-  
dis uerbis pugno? Spes uitæ melioris ex deo per grām eius uenit.  
Gratia autē nō in remissionib⁹, sed in inflictionibus pœnarū po-  
tissimū operatur. Vt ad Corint. Virtus in infirmitate perficitur.

¶ Ad Tricesimā secundā. Vbi nihil habuisti quod dices, id  
uoluisti conari, ut me Pontifici odiosissimū faceres, cuius me de-  
tractorē iniustum, falsum, erroneumq̄ debatteras. Euidēs signū  
est destituti a ueritate, furor, & indignatio.

Respondeo tibi semel p om̄ibus. Summi Pontificis potestate  
honorō, sicut decet. Vestras autē, uel opiniones, uel adulaciones  
p̄tēno. ideo hui⁹ p̄clusiōis mēæ ( hanc eīn nō dispō ) p̄tratiū,  
libera fronte hæresim, p̄nuncio. Non est in manu homis recon-  
ciliari hominē deo, nec Papa pōt grām dei iustificātem donare,  
ut tota sentit Ecclīa. Cuius cōtrarium, nullus fuit tam fœdus hæ-  
reticus qui doceret.

Secundo. ut tuis p̄conibus utcūq̄ succurras, iterū singis distin-  
ctionē, pro Thomistā laudabili more. d. Qui uero dicunt ( ut  
refers) uere dicunt, modo recōciliatio illa intelligat impropriam  
per amotionem reatus / qui animā a dei contemplatione clare  
secludebat.

Respondeo, miror, q̄ nō eadem opera, reconciliationē  
illam intelliġi doces, Alphabetum Gr̄cum, uīl H̄br̄æū, aut ali-

Quid a  
licenti  
tur nō  
omniū  
uerba  
tp̄ doct  
uitanda  
lis est. I  
ba uesti  
uti uerb  
diit, que  
cer, q̄ al  
dedita  
ita defe

¶ Ad  
Papa p  
Respo  
modo,  
hæretic  
fix, et si  
togatus  
tis tot p  
b⁹, obſ  
na, sati  
rem face

¶ Ad  
or, qui t  
Respo  
num/qu  
afferant  
manūc  
cedam.  
forte. d.  
consequ  
re) nō m  
est p̄dicat

ulū, Pelagi  
i esse possu  
tit. III. Non  
ordiam su  
riatur.  
terarū con  
centiūt. & sic  
  
idulgétias,  
Quid anja  
e cōmodū.  
nfuderitis.  
ssioē pœna  
, & ita mot  
ere per se, q  
cū tuis nu  
n eius uenit,  
pœnarū po  
te perficitur.  
dices, id  
cuius me de  
Euidés signū  
  
cis potestate  
adulationes  
o ) p̄trariū  
omis recon  
em donare,  
m fœdus hæ  
  
ingis distin  
o dicunt ( ut  
improperie  
atione clare  
ciliationem  
rāu, aut ali  
  
quid aliud, quod non significatur literis & syllabis istis. si ista  
licentia improprie loquendi permittitur, quid me impugnast  
tur nō aliquo sensu improprio, me uera dixisse fingis? cur nō  
omniū hæresiū insanias uno sinu suscipimus, cum possint eoge  
uerba uera fieri, si improprie accipiuntur? Vbi manet regula illa,  
q̄ doctori ecclesie omnis improprietas ( quantum fieri potest )  
uitanda est? Et illud sapientis, Qui loquitur sophistce, odib  
lis est. Rogo deinde mihi tui impropriista tecum ueniam, si ue  
ba uestra non intelligimus ego & populus. Credimus enim uos  
uti uerbis pro intellectu, non pro illusione nostra. Nisi iterū re  
diit, quod B. Hierony. in Iohāne Hierosolymitano arguit. scili  
cket, q̄ aliud loquuntur sacerdotes, aliud audiunt populi. Vos aut  
dedita opera, ad improprietatem uertitis uerba. & hoc etiam  
ita defenditis, ut gloriam uelitis meruisse.

C Ad tricesimā tertiam, dicas q̄ sit hæretica, quia negat q̄  
Papa possit omnem pœnam abolere.

Respondeo & ego per distinctionem, Hæresis accipitur uno  
modo, pro ut ē contra opiniones iudas Thomistarū. Et sic est  
hæretica. Alio modo, pro ut est contra doctrinam fidei & eccl  
esiæ, et sic est catholica. Secundo, spero q̄ mihi etiam non  
rogatus concedes, per indulgentias nō aboleri morte, & mor  
tis tot pericula, & infinitas passiōes huius uitæ. Istis aut manenti  
b⁹, obsecro, quid magni remittunt uenitæ, qñ relicta mortis pœ  
na, satisfaciunculas temporales remittunt? Sed ex Musa Elephan  
tem facere placuit, utinam non amore Amorrei,

C Ad Tricesimā quartā dicas. Nullum esse declamatorem re  
or, qui tam stulte docuerit.

Respondeo. Ego nō reor, sed scio. Extant enī libelli positio  
num/ quib⁹ id non solū docent, sed ita defendant, ut p̄trarium  
afferant errorē. Idcirco iterū rogo dñm, ut Thomā Italicū & Ger  
manicū sibi discordem/primo concordet, ut sciam utri pugnē, uel  
cedam. Sed iterū ad solitū refugiū uenis, id est, ad ipprietatē  
forte. d. Si qui tñ docerent, q̄ non p̄triti, nō uane indulgentias  
consequuntur ( quia proderunt cōtritione, ex post facto accedē  
te ) nō male docent, apud cōplures peritos. Ergo id Christianū  
enī p̄dicare? Cur ergo Scriptura nos hortat, ut q̄totius cōuerta.

D iii



mus & perturbeamur. Et nullā dat fiduciā futurę pœnitentię, intē-  
rim securę dilatę. Sed om̄i hora uigilantū docet. Siue ualeant  
indulgentiae i futurum, siue nō, nihil curo. Id curo, q̄ p̄ re leuis-  
sima, id est uenias, rem illam grauissimā, & solā necessariā, id est  
cōtritionē tam uiliter aestimam⁹, tam frigide curam⁹, ut nō ad  
nos pertinere uideat, quo tempore peccator eam obtineat, modo  
plentes uenias redimat, quas cum sine periculo nō solū differ-  
re, sed etiam nunq̄ redimere liceat, sedulo tamē agim⁹, ne diffe-  
rat. si id amore pecunia non fit. Cur non tam sedulo agimus,  
ne p̄tritōem differat: p̄prietas hic ne obstat: om̄ia tam acute p̄  
ueniarū gloria excogitanſ. Et impius sum, qui pro gratia dei uſ-  
stupide disputo.

**C**Ad Tricesimā quintā dicis. q̄ sit hæretica, deinde pœnitentia-  
les Canōes euacuer, euertat, & tertīā partē pœnitentię satisfactio-  
nē, & oia iura loquētia de pœnitentia, & purgatoriū. Adde q̄lo  
& cœlum & terram, ut om̄ia comprehendas.

Respondeo. Spero dabis mihi uerū esse, quod per totā Eccle-  
siā dicis, scilicet posse cōtritionē homis tantā esse, ut deleret  
oēm culpā & pœnam. Secundo dabis, q̄ uoluntarie morientes  
om̄ia soluūt, & satisfaciūt plenissime. His credo sine indulgen-  
tiis & līis addesse remissionē plenariā, & tñ me in hoc non esse  
hæreticū, nisi apd Thomistas forte. Secūdo, debitū ideo dixi  
etiam iis/ qui tam perfecti non sunt, quia Papa minister est Ec-  
clesiæ, quicqd p̄t facere fidelib⁹ in salutē, debet sub necessitate  
salutis, etiā gratis. quod si non fecerit, deus supplebit spero per  
misericordiam suā, quod homo neglexit per incuriam suam.

Ad Tricesimā sextā. Postq̄ dimissa disputatiōe, quā de partici-  
patiōe bonor̄ Eccliaē cœperas. Dicis tādē hæreticū me esse, si di-  
cerem sufficere impleri iniūctam pœnitentiam a sacerdote sine  
impletioe eius/ quæ a deo imponitur, & sic euolare peccatorem  
non satisfacto prius deo. Sicut dixi, uester iste mos est, si mos  
uocari posset, tāta cholera extuare, ut altera pene syllaba hæ-  
ticū dicatis. nil nisi hæreticū, hæreticū, hæreticū Thōistæ loq̄ di-  
diceat, & tā n̄ hil pr̄sus efficitis, nisi qd̄ p̄tra uias frigidissimas &  
nudissimas opiniones dictum aliqd esse probatis. Ideo mihi de-  
uobis Isaías uidetur dicere. Concipietis ardore, & parjetis stipu-  
lam. Et illud Gentilis, Parturiunt montes, nāscet ridicul⁹ mus.

Prim  
omnib  
totū, q  
tua, & te  
damen  
Secu  
tus, no  
xit. Chi  
**C** Ad  
dicis, s  
ratue, s  
Respo  
rium P  
culpam  
ad pœn  
rialiter  
in quo l  
dictum  
Ad  
uersum  
nalium  
narum  
animū  
neminē  
blasphem  
q̄ onage  
sputatio  
euertun  
rum, q̄ p  
id non r  
ubi offe  
Ita deus,  
præstari  
atis, scire  
esse. Et d  
est tam  
essemus:

Primum, ex predictis uidisti, quod de poena quam deus infligit,  
omnibus partibus a te diuersus sum, aliis nixus principiis. ideo  
totum, quod protra me machiaris, frustra machiaris. nego principia  
tua, & te totum a planta pedis usque ad uerticem, sicut habes fun-  
damenta mea superius posita.

Secundum, nolo ego docere uel doceri in Ecclesia, quod requisitum  
non possim defendere, nisi dicendo, Sanctus Thomas sic di-  
xit. Christianus sum, non Pythagoricus.

C Ad tricesimam septimam, Vt robi: damnabiliter me errare  
dicis, siue de culpa, siue poena intelligam. quia Papa non decla-  
rativus, sed ministerialiter & dispositivus, culpam & poenam relaxat.

Respondeo, Hæc supra cōfutata satis sunt, quia ante ministerium Papæ, & ante eius dispositionem, oportet remissam esse  
culpam, Nihil enim ualet tua fictitia attritio. Secundo, quo  
ad poenam a deo infictam, Papa nec dispositivus, nec ministeri-  
aliter se habet, ut remittatur. Hoc enim pertinet ad forū dei,  
in quo Papa, præter intercessionem, nihil iuris habet, ut satis-  
dictum est. nec contrarium est determinatum ab ecclesia.

Ad tricesimam octauam, tandem plenus fiducia, premo per-  
uersum doctorem, deinde detractorem nemaliū (ne dicā) ue-  
nalium prædicatorū & Pontificis, proclamas. deinde negas bo-  
narum disciplinarum præceptis institutum. Oportet me tandem  
animū meū & lectoris mei instituere, ut sciamus cū Thomastris,  
neminē posse loqui, nisi paratus, altero uerbo cō uitium, crimē,  
blasphemiam, audire. Diligitis enim opinionis uestra seruum plus,  
quoniam suum foetum. Audiam ergo ista magnifica tue di-  
sputationis Bullam. Duo (inquis) p̄cepta tenes falsa, quæ uenias  
euertunt. Vnum, quæ uera contritio aboleat omnē poenam. Alterum,  
quæ uera cōtritio poenas p̄eligat semper. primū impugnas, &  
id non nisi bene institutorū Theologorū paradigmate, scilicet,  
ubi offendens hominem, restituī in amicitia, non sine emenda.  
Ita deus, lege cōmuni, abolita culpa, uult peccatorū emendam  
prestari &c. Primū, si esses bene institut⁹ Theologus/ut glori-  
atis, scires iudicium diuinū & humanū, dissimilima & contraria  
esse. Et deum, si remittit, totū remittere. quod homo, quia non  
est tam bonus quod de⁹, non facit. Deniq⁹ sic Christus docuit. Ut filii  
essemus patris, non reddentes, nec requirentes malū pro malo,



sed benefacientes malis. Si filios oportet esse tales, q̄to magis ipse pater talis est. Ideo lex ista cōmunis, quam tu (pace tua dico) singis, non habet locū, nisi in opinionibus tuis. Nec unq̄ legis a deo peccatū remissum / reseruata pœna, p̄fertim ea, quā Papa remittere possit. legis autem semper contrariū, q̄ omnino pœnam & culpā remisit, sat habens uindictæ, si homo noua uita totus ei seruiat. Igitur legem illam cōmunem, qua utitur deus remittendo peccatum, ille doctius & uerius tradit, qui dixit, Sacrificiū deo sp̄s contribulatus, cor contritū & humiliatum deus nō despicies. Immo de industria præueniens, dānat uestrā sententiā & legē, dicēs. Quoniā si uoluisses / sacrificiū / dedissem, holocaustis nō delectaberis. Ad idem est Isa. I. psal. XLIX. & Miche. VI. & multa alia loca scripturæ. ad uestrā sententiā autem nulla prorsus.

Secundo, iterum inuidiā mihi conflare anhelas, quando me accusas, q̄ eneruem & euacuem uenias, Hoc (salua tua reuerentia) non uerū dicas. Ista enim est sententia mea, q̄ cum satisfactio sit (omniū sententia) melior, q̄ indulgentia. dico, q̄ bona opera, quæ pertinent ad satisfactionem, sint præferenda ueniis. præsertim, cū uenia sunt, nec præceptæ, nec consultæ, ideoq; nec meritoriae, nec utiles ad salutē. Quia ubi nō præceptū, ibi nec obedientia. ubi nō obedientia, ibi nec meritū. ubi nō meritū, nec salū. Sūt enī licetiæ ac permisiōes qdām, ut olim libellus repudii, & nunc permisso litiū & iurgio forensium. Ideo dolere me confiteor, q̄ has res leues, tanto boatu ardēmus uulgo persuadere. quod cū sine exhortatione pronū est ad permisiōes, summis uiribus persuadendū fuit ad meliora, id est, ipsam satisfactionem. At hoc modo, cū uideant præcones ueniarū, quæstū funditus peritū, prudētissime hāc melioris persuasionem / nō modo omittunt, sed omni studio cælant quoq; . Nec multū prodest, quod dicitur (causa uerbi) uenias quidem non ualere ad meritū seu salutem, ualere tamē ad celereim satisfactionē & pœnarū extinctionem. Sit sane ita, sed nihilominus redit id / quod prius dictum est, q̄ adhuc melius sit, etiā pœnas & satisfactiones nō extingui aut remitti, cū in hoc, non nisi optima opera remittantur, scilicet oratio, ie- iuniū, eleemosyna, Hæ enim sunt partes satisfactionis, quas remitti, si audes bonū asserere, audebis etiam, id quod nihil

est, op horten ra. Sicut uirgo n separe paucos. C A uel Aug ceptum guis du dare pr qñ mer cauend. C Re uolui / basse An go, si m os tuum optimā astruitur ne deus, detraher doce me re pœnas. Quia un melius e nem. que Seque dant a b mea nihili ma, pro misera su lia, & da q̄ pœna us tenui & retardan

Tertio



ito magis ip  
ce tua dico)  
c unq̄ legis, a  
quā Papa re  
mnino poe  
o noua uita  
a utitur deus  
, qui dixit,  
humilatum  
dānat uestrā  
fū/dedissemp,  
**XLIX.**& Mi  
stiam autem  
conflare an  
uenias, Hoc  
est sententia  
ior, q̄ indul  
satisfactionem,  
ec præcepta,  
salutē. Quia  
entia, ibi nec  
crimissōes q̄  
iū & iurgiō  
leues, tanto  
xhortatione  
lendū fuit ad  
o, cū uideant  
detissime hāc  
omni studio  
causa uerbi  
ualere tamē  
Sit sane ita,  
q̄ adhuc me  
at remitti, cū  
et oratio, ie  
ctionis, quas  
d quod nihil

est, optimū dicere. Igitur uenias querāt/qui uolunt. sed ex  
hortentur plus ad meliora, id est, ad ipsa optia satisfaciōis ope  
ra. Sicut uirgini permittit Ap̄lus nubere, Hortatur aut̄ magis, ut  
uirgo maneat. Tales & tam discretos uenia& Buccinatores, qui  
separent preciosum a uili/si dederis, nihil est, quo dissentiemus.  
paucos aut̄ dabis, aut aliquot ex ipsis, mendicos facies.

**C** Ad Tricesimā nonā, cū S. Thoma (timui eñ, ne cū S. Paulo  
uel Aug) cōfutare conaris, alteꝝ meum (ut dixisti) falsum præ  
ceptum, scii icet, q̄ uera p̄tritio, p̄xnas querit & amat. Et distin  
guis duplices p̄enas (sicut et supra fecisti) Primo, q̄ diu p̄enas  
dare pro sceleribus / est alicuius boni allatiū (ut in p̄sentī uita  
q̄ā meritorium est) uera p̄tritio amat p̄nas, ad merēdum & p̄  
cauendum a peccatis, sine tamen p̄emptu ueniarum.

**C** Respondeo. Gratias ago tibi q̄ mārias. Nunq̄ ego aliud  
uolui / q̄ qđ tu hic dicas? Cur ergo supra hoc p̄ceptū falsū assere  
bas? An idem apud te diuersis locis & uerum & falsum est? Ro  
go, si mihi nō uis credere, crede aliquā ueritati (ut Aug. ait) per  
os tuum loquenti tibi, fortassis ignorantī & inuitō. Admitto  
optimā istā confutationem falsi p̄cepti mei, qua uerissimū esse  
astruitur. Sequeris. Quia utruncq̄ melius est, q̄ alteꝝ &c. Mag  
ne deus, q̄ta est uis ueritatis, ut oīm se fortissime tueatur, per os  
detrabentī sibi. Tu q̄ bonis es disciplinis institut⁹ Theologus,  
